Ad huc autē ēt dubitabit aliqs vtrū i quo libꝫ ſenſu fit dolor. ꝛ vr̄ ꝓmo ꝙ ſic: ꝯtra .n. ſūt nata fieri circa idē: ſed delitia ē in quo libet ſenſu. q̄libet eni ſenſus delectat ex ꝯprehēſiōe ſen ſibilis ꝯuenientis ſi fuerit ꝑfecte ꝫ nām diſpoſitus vt viſus ex mediis colorib⁹: audit⁹ ex melodiis ſuauibus: guſtus ex dulcibus ſaporibus: odoratus ex aromaticis ſic tact⁹ ex tepidis ꝛ lenibus. q̄ q̄libet erit doloris ſuſce ptiuus ex apprehēſiōe incōuenientiū: qualia ſūt excellētie ſuoꝝ ſenſibiliū talia .n. corrūpūt armonā ſenſus ſic dic phs. Quecūq aūt ſenſibilia exiſtētia fuerint ſenſus cor

ruptiua illa ſūt ſenſui doloris illatiua ſic quecūq ſenſi bilia exiſtētia fuerit ſaluatiua ſenſus: q: ſeſuꝫ dilectātia. ¶ Sꝫ in ꝯtrū vr̄ ꝙ dolor nō fit niſi ex duplici cā q̄ ſu pius dicta ē: quaꝝ q̄libet ē cōꝑrehēſibilis ſolo tactu ſi cut oſtēdemus. ¶ Propter qđ dōm ꝙ dolor maxie ꝑ pue eſt in tactu: ſi. n. nō eſt dolere niſi ex aliq̄ corruptela ſenſiteri. nō eſt aūt excellētia alicuius ſenſibilis potens māliter trāſmutare organū ſicut excellētia tangibiliū neq in ipſum inducere aliqd qđ ſit egritudo niſi tāgibi liter afficiat: nullū alioꝝ poterit iducere dolorē in ſuo ſenſu: niſi ſere fortaſſis equiuoce dictū cū dolore q eſt i ta ctu. alioꝝ. n. excellētie corrūpūt i ſenſiterio armonias ꝛ rōnē ſenſus ad ſenſibile tm̄. ſubam aūt ſenſiterij corrū pere nō poſſūt eo ꝙ ois talis trāſmutatio a qualitatib⁹ tm̄ ꝓmis tāgibilib⁹ exiſtit. ¶ Adhuc ēt tact⁹ ſicut di cit ꝓnceps oibus ſenſib⁹ ſpiſſior eſt magis retinēs id qđ recipit ex impreſſiōe ꝯuenienti ꝛ inconuenienti: hoc aūt idō q: ſenſibile tāgibile maxime qđ ex ꝓmis qualitatib⁹ effi cit in eo nō ſolū intētionalē ſ mālē trāſmutationē. Et ꝑꝑ hoc dolor ꝛ delitia ſiunt apud ipꝫ maiores valde: ꝛ maxime alioꝝ potētes: ideoq medicus cās doloris aſſi gnās ſolū tāgibiles ꝓſequtur. nō eſt tñ dubiū qin oi ſen ſu ē dilitia ex apphēſiōe ꝯuenientiū ſēſibiliū ꝛ ſaluātiū ar moniam ſenſus a ſenſu ipſo ꝑfecte diſpoſito: ꝛ ſilr dolor ex apprehenſiōe icōuenientiū ꝛ corrūpētiū ſenſus armo niā: ꝯtigit tm̄ ſēſus egere diſpoſitos dilectari aliqñ ab ap prehēſiōe ſenſibiliū: q nō ſūt abſolute ꝯuenietia: ſ tm̄ iux diſpōſitis ꝑꝑ reduci ab eis ad ꝯuenientē armoniā. ¶ Qđ āt Ga. dicit in li. de mor. acci. ꝙ in q̄libꝫ ſenſu vr̄ eſſe dolō ex ſolutōe ꝯtiuitatis: ſicut i viſu ex lumie ſplē didiſſimo cui⁹ eſt diſgregare ſpūm viſibileꝫ: in auditu ex voce magna aſpa ꝛ acuta: in guſtu ex ſapore amaro ace toſo pontico ꝛ acuto: in odoratu ex fumis ſalientib⁹ ad cerebrū a talibus ſaporib⁹: qm̄ ſicut dicit de iā oīuꝫ tali uꝫ ſenſibiliū eſt ſoluere ꝯtinuū i ſuis ſenſib⁹. ¶ Adhuc ät ꝛ ꝙ dicit q dilitia ē paſſio q̄ ſubito reducimur ad nāꝫ nō vr̄ ꝯuenienter dictū. ſolutio naq ꝯtinui nō percipit niſi ſenſu tactus ſicut. ē. mōſtratū eſt: ſ qm̄ organum cuiuſlibet ſenſus ſentit tactu: hic. n. ſenſus cōmuniſſim⁹ ē a q nec alij ſeparant ſ ipſe ab aliis accidit ꝑꝑ illō cuiuſli bet ſenſus organū ſolutionē ꝯtinuitatis poſſe ſentire nō qdē inquātū viſus vel audit⁹ vel odoratus vl̄ guſt⁹ ſ inquātū cū eis ſenſus tactus inerit ſ nō erit ipſis do lor inquātū ſūt tales ab hac ſolutiōe: ſ a magna ꝛ forti alteratiōe: q̄ fit eis ab excellētiis ſuoꝝ ſenſibiliū: ex q̄ cō tigit armonia diſſolui: q̄ eſt ratio ſenſus ad ſenſibile ꝑꝑ qđ poſt ſenſum talium excelentiaꝝ nō eſt aliqd ſentire. ¶ Delitia v̄o nō eſt niſi ex apprehēſiōe ꝯuenientiū ꝛ ſal uātiū: ſ qm̄ diſpoſitionē nālē ꝛ armoniā orgāi ſaluātē ſenſuꝫ accidit cōprehēdi i ſubito reditu ad eā q̄ dū ade rat nequaq erat ab illo cōprehēſibilis creditū ē oēꝫ de litiam eē nālē q̄ſi accidētale ſit aſſumptū ꝓ ſubāuali: cū tñ ois ſubita apprehēſio ſenſibilis ꝯuenientis ꝛ ſaluan tis a ſenſu non ſolum ad proprium perfectionē reducen te ſed ſub ea exiſtente faciat delitiam.

Nocetur autem operatio aut leuiter aut me diocriter: aut omnino non fit. cō. 89.

¶ Cum ſubdiſtinxit dolorem ſubdiſtinguit leſionem operationis ꝛ dicit. (Nocetur aūt ꝛc.) .i. ſed operatio nocet tribus modis aut leuiter. ſ. qñ eſt debilis aut tar da aut mediocriter ſ. qñ. ſ. fit eſt praua ꝛ corrupta: aut oio nō fit qđ proprie nō eſt noceri ſed ex toto auferri ſ reſpectu illius opatiōis quodāmō dī mori: ꝛ ē hoc ni hil aliō dicere q̄ ꝙ triplex eſt nociua opatio q̄ eſt egro ta membra agnoſcere. Sed hic ſciendum eſt ꝙ diſtin ctio nocumētoꝝ opationis nō oñdit membrum egro

rentijs vocū ꝗ ſm paſſionē pficiunꝭ cogniti
ones ſūt exiſtētes efficiētiū cāꝝ ḋ qbus oi-
bus i his q̄ de voce ſufficiēter ḋterminatū ē.

cō.75. ¶ Cū dedit ſigna corporis egri ſimplr̄ ſūpta a diſtēpera
tijs pulmōis. dat ſigna eius ſumpta a trachee diſtēperā-
tijs: qm̄ aūt opatio trachee eſt vox. ideo principaliter p
vocē docet ēt cognitionē cōplonis eius: ſed q: differētie
vocū nō variant̄ ſm ſe penes cōplonē orgāi: ſꝫ penes eiꝰ
cōpōnē. adhuc āt ꝛ penes eiꝰ ḋtutē i ſufflātē: iō pmū oñ
dit ꝙ vox magna ꝛ parua nō pricipalr̄ ſꝫ per accidēs ſi-
gnificet ſup cōplone ca. ꝛ fri. ipſius ꝛ dicit (nō ḋo ꝛc̄.). i.
ſꝫ magnitudo vocis nō fit pricipalr̄ a caliditate pulmōis ꝛ
trachee neqꝫ paruitas a frigiditate: ꝛ cā huius ē: q: hñs
hec duo mēbra calida nō ſemp emittit vocē magnā: nec
hñs frigida paruā emittit: emitteret aūt ſemp talē ſi cali
ditas ꝛ frigiditas eēnt principales cāe magne ꝛ parue
vocis: pp qḋ ſubiunxit. (ſed h gdē ꝛc̄.). i. ſed magna ſeq
tur amplitudinē trachee ꝛ exufflationē vehementiorē:
parua vero ꝯria: exufflatio aūt vehementior eſt volun-
taria ꝛ nō nālis. ¶ Adhuc āt ꝛ amplitudo trachee eſt
conſtringibilis ēt apud epiglotū p lacertū conſtrīgētē ꝛ
dilatātē ipſum qr̄ nō ſequiꝭ de neceſſitate ad complonē
calaꝫ vox magna: neqꝫ ad frigiditatem parua: ppter qḋ
ſicut ex hoc concludēs dixit. (Itaqꝫ ꝛc̄.). i. itaqꝫ magni-
tudo ꝛ paruitas vocis nō ſequunꝭ ex complexione cali-
da vel frigida neqꝫ ſemp neqꝫ principalr̄ ſed ſm accidēs
nō ſemp qdē q: nō ſemp cū calida cōplone ē fortis exuf
flatio: ꝛ cū frida debilis: ſine qbus nō eſt effici vocē ma-
gnā ꝛ paruā. ſꝫ fiunt tales exufflatiōes p volūtate exuf
flātis: non principaliter ḋo q: nō ē principalis cā parui
tatis ꝛ magnitudinis vocis complo cala ꝛ frigida: ſed
magis ē cā principalis exufflatio fortis ꝛ debilis cū am-
plitudine ꝛ ſtrictura trachee: ſed ſm accñs ſequunꝭ ex
cōplone ca. ꝛ fri. inqꝫtū cōplo ca. ꝛ fri. ſunt cā reſpiratio
nis multi vel pauci aeris q eſt mā vocis. nō. n. fit vox ma
gna niſi q: aer q expelliꝭ ſit multus: neqꝫ parua niſi ſit
paucus. Adhuc aūt inquātū ſequiꝭ ex eis p mediā for
titudinē ꝛ debilitatē virtutis ꝛ latitudinē ꝛ ſtricturā tra
chee q̄ ex ca. ꝛ fri. cōplone cāri videnꝭ. ¶ Adhuc aūt ꝛ
iſto mō vox magna p accñs nō ſequiꝭ niſi cōplexionem
calam nālē nō egritudinalē: ꝛ ſilr̄ neqꝫ parua frām: ꝛ cā
huius ē q: nullo mō accidit cōplonē calaꝫ egritudina-
lē ꝯfortare virtutē aut organū dilatare pp qḋ febricētes
minorē hñt vocē q̄ꝫ circa pectus infrāti. accideret autē
ꝯriū ſi magnitudo vocis ſequereꝭ cōplonē ca. acciden-
talē: ſꝫ qd ſit vox magna ꝛ pua ꝛ a q̄ ſequanꝭ ex his que
diē poſt declarabimꝰ. ¶ Deīde cuꝫ dixit ꝙ magnitudo
ꝛ puitas vocis ſequunꝭ ſm accidēs ex cōplone ca. ꝛ fri.
manifeſtat illud accidens ꝛ dicit (qm̄ igiꝭ). i. igiꝭ q: hec
organa vocalia fiunt talia pp craſim. ſ. ampla vel ſtricta
adhuc autē ꝛ magis apta ꝛ minꝰ fortē face exufflationē
multiqꝫ vel pauci aeris ex qbꝰ varie ſequunꝭ vocū drīe
erit ex h q: p vocē cognoſcere de cōplone eoꝝ nāli p ac-
cñs: p cognoſcere latitudinē vel ſtricturā ꝛ multum vel
paucū aerē reſpiratū ꝯplonē comitātes: ſꝫ vocū differen
tie ad has non cōmitteꝭ ſine fortitudine vel debilitate
exufflatiōis que voluntarie ſunt: pp qḋ dicit ꝙ eſt colli-
gere aliqd quaſi dicat: modicum q: nō multū certitudi-
naliter. ¶ Deīde cū dixit qḋ ſit illud accñs ſm qḋ eſt ali
qd p vocē de nāli craſi colligere. exēplificat illud adhuc
in voce leni aſpera acuta ꝛ graui intendens p h ex huiꝰ
differētijs vocū colligere aliqd de ꝯplone tracheꝰ ꝛ dic̄.
(ꝛ. n. ꝛc̄.). i. q: vox lenis ſeqꝭ lenitatem trachee. lenitas
ḋo ſequiꝭ temperatā cōplonem. ipſius ergo tēperata cō
plo eſt cā per accñs lenis vocis q: per planitudinē factā
ab ea in trachea ꝛ vox aſpera ſequiꝭ aſperitateꝫ trachee:

aſperitas ḋo ſequiꝭ ſiccitatē: qr̄ ſiccitas eſt cā vocis aſpe
re per accidens: q: per aſperitatē iductā ab ea i trachea.

Sed dubitabit aliqs cū ꝯrioꝝ effectuū ꝯrie debeāt eē cāe: qr̄ nō
dixit ꝙ lenitas ſequiꝭ hūiditatē ſicut aſperitas ſiccitatē.
¶ Niſi eſſet ꝙ tēperantia quā dicit eē cām lenitatis eſt
declinās ad hūiditatē q̄ꝫdā ſupficialē ꝛ applanatiuam.
pp qḋ dicit Gal. in lib. de iuuamēto mēbroꝝ. ꝙ coopto-
riū claudēs epiglotū factū ē hūidū pingue vt humecfa-
ciat epiglotū p ſuā humiditatē nālē ꝛ nō idigeat humi-
ditate extrinſeca ſemp: ſicut qñ fortiter exiccaꝭ p ſmo-
nē: ꝛ fuit eiꝰ hūiditas viſcoſa vt remaneat ꝛ non diſſol-
uaꝭ. Et i libro de voce dicit ꝙ voci ipoſita ſunt tria iſtrā
. ſ. lingua epiglotus ꝛ trachea: quoꝝ vnicuiqꝫ ipoſitum
eſt inſtrm̄ glādulatū adhoc ꝙ tēperet ipſuꝫ humiditate
ꝯueniēte: ſonat igiꝭ inſtrm̄ vocis p declinare ſm ſe ad
duriciē ꝛ ſiccitatē: leniꝭ vero p hr̄e humiditatē applanā
teꝫ ipſius ſu. perficiē: ꝯiunctionē q̄ꝝ ꝯſiderās dixit ꝙ le
nis vox ſeqtur tēperantiā craſeos cū tm̄ lenitas ſit ex hūi
ditate q̄dā cōnata ſupficiei tm̄. nō qualis eſt humiditas
ſupflua aduenticia q̄ ſcreaꝭ: h. n. nō lenē ſed raucam fa-
cit vocem. ¶ Deinde oñdit quomō ſiccitas cāet aſpita-
tē: ꝛ diffiniēs aſperitatem dicit. (aſperitas eſt ſiqdē ꝛc̄.)
. i. q: aſperitas qdā inequalitas duri corpis. dicit aūt q̄-
dā: q: nō eſt inequalitas in quacunqꝫ eius natura. ſed in
ſitu partium. ¶ Deīde oñdit vñ ſit ei durities ꝛ inequa-
litas ꝛ dicit (Arteriā ḋo ꝛc̄.). i. ſed ſiccitas partium cōſi-
milium cōponentiū tracheā efficit eā durā: ꝛ cā huiꝰ i pm
ptu eſt: ſed q̄ ſint partes cōſimiles cōponentes tracheaꝫ
diſces ex anatomia: indigentia autē diſperſe hūiditatis
efficit eam inequalē: ꝛ vult per humiditatem diſperſam
eaꝫ de qua primū dicebamus. hec. n. cum minuiꝭ accidit
ꝯctio partium: ꝛ ex hac inequalitas ſupficiei. ¶ Deīde
cū exēplificauit illud accñs in voce leni ꝛ aſpera exēplifi
cat illud in voce graui ꝛ acuta. ꝛ dicit. (ad eūdem vero
ꝛc̄.). i. ſm eūdē modū ſm quē vox lenis nō ē ſine lenita
te trachee ꝛ aſpera ſine aſperitate: nō ēt vox nāliter acu
ta ſine anguſtia gutturis neqꝫ grauis ſine latitudine ip
ſius: ꝛ volebat p guttur caput trachee dictū epiglotis: ꝛ
ipſius orificium. dicit autē nāliter acuta: q: vox pōt acui
ꝛ grauari ex quadā dilatatōe ꝛ ꝯſtrictiōe gutturis facta
per volūtatē. ſicut aliquos canētes videmus mō cātare
grauiter mō acute: nālr̄ tm̄ acuta ꝛ nāliter grauis nālem
anguſtiā ꝛ nālem latitudinē gutturis cōcomitātur. cu-
ius cām poſt dicemus. ¶ Deinde volēs oñdere quō p
accñs ex his differentijs vocū colligaꝭ aliqd de ꝯplone
vocalis orgāi. ſubiūxit. (anguſtia igiꝭ ꝛc̄.). i. ꝛ anguſtia
eſt filia fratis nālis: amplitudo ḋo filia caliditatis nālis:
ꝛ cā huius eſt: q: frigiditas ē qualitas ꝯhēs ad centrū:
q̄re ꝛ in paruuꝫ ꝛ cōſtrictū redigēs: caliditas ḋo eſt q̄li-
tas motiua ad circūferētiā: q̄re magnificās ꝛ dilatans
¶ Dicit aūt filia caliditatis nālis ꝛ frigiditatis nālis q.
accidētalis caliditas non dilatat ſed ſiccat ꝛ minuit pr̄
cōſumptionē nālis humidi: fridas vero accidētalis ſepe
mollificat ꝛ extēdit inductione humidi extranei. qm̄ ḡ
caliditas ꝛ fridas nālis fiunt cā vocis nāliter acute ꝛ gra
uis p eſſe cām anguſtie ꝛ latitudinis gutturis: manife-
ſtū eſt ꝙ ſm accidēs ꝛ non principalr̄ ē cā illaꝝ. ¶ De-
inde cū dixiſſet ꝙ vox magna nō ſequiꝭ ex cōplone ca.
accidētali: neqꝫ vox pua ex cōplone fri. ſilr̄ aduētitia: ſit
āt manifeſtū ꝙ alique drīe ꝓprie vocū cauſanꝭ ab acci-
dentalibus cōplonibus: ſꝫ nō ſemp eedeꝫ vel ſiles ex ſili
bus. ſubiūxit (ꝓportionaliter ꝛc̄.). i. ſꝫ drīe vocū que
fiunt ab egritudinibus ſignificant ſuper ſuas cās ſicut
voces facte a nāa ſignificāt ſuper ſuas. ꝛ hoc intendebat
cum dixit ꝓportionaliter nālibus. ¶ Deīde q: de drījs
vocū accidētaliū ꝛ ipſaꝝ cāis non erat hic ſermo remiſi-
tit ad

tu ad lib. de voce: ⁊ dicit (de quibus ⁊c̄.) .ſ. de quibus omnibus differentijs vocū egritudinalibus ⁊ ipſaꝝ cauſis ſufficienter determinatum eſt in libro de voce.

Sed adhuc expedit dicerē qd ſit vox magna ⁊ parua: lenis ⁊ aſpera: acuta ⁊ grauis: ⁊ q̄lr vnaq̄q; eaꝝ fiat: ſine his.n. nequaq̄ eſt pfecta cōmetatio. dico ergo ꝙ illō qō iudicamus de ſenſibili nō niſi ſenſus: ſit aūt vox ſenſibile ſenſus auditus: oꝫ de differētijs vocū iudicare penes impſſionē factā ab eis in auditu: ē ergo vox magna q̄ ſimplr multū mouet auditū: parua aūt q̄ ſimplr paruꝫ: acuta aūt q̄ in breui tpe multū: grauis aūt q̄ in lōgo tpe paꝝ: lenis aūt vox eſt q̄ leniter afficit auditus organū ⁊ eq̄li: aſpa aūt ē e ꝯtrio. ¶ Sꝫ vn̄ tales accidāt fieri ſcire oꝫ ab his q̄ dicit phs circa finē q̄nti de gn̄atiōe aialium: adhuc aūt ⁊ ab his q̄ Gal. dicit in lib. de voce. Fm ergo Ariſto. in lib. pdicto. magna vox fit pp eſſe multū id qō mouet. eſt aūt id qō mouetur aer exufflat⁹ multū erit⁹ mā vocis magne. nō.n. pōt eſſe magnū cuius mā nō ē multa. mouēs aūt eſt virtus aīc pdicta pcutiēs ipſum ad epiglotū: parua aūt fit pp eē illud paucū: grauis aūt fit pp tardū eſſe motū illius qō mouet: graue.n. tardi mot⁹: quare ſilr vox grauis cuius mā tarde mouet: acuta aūtē pp velocē eſſe motū ei⁹ qō mouet. ¶ Sꝫ q̄reret aliqs vtrū tarde moueri ſit ex pte mouētis an ex pte rei mote. Aliquo dicūt eſſe ex pte rei mote: aūt.n. qō eſt multū tarde moueri: alio aūt qō paucū: ⁊ hāc volūt eſſe cāꝫ grauis ⁊ acute vocis. ¶ Sed ad hō ſequit oēm magnā eē grauē: ⁊ oēm puā eſſe acutā: qō eſt falſuꝫ: ſunt.n. ⁊ oxiſona magniſona: ⁊ puiſona: ⁊ grauiſona: ſicut dicit phs. ¶ Propter ꝙ ſciendū eſt ꝙ magnitudo ⁊ puitas: ſicut multitudo ⁊ paucitas rei mote dr̄ duplr. .ſ. ſimplr ⁊ i reſpectu ad mouentē. magniſona q̄dē igit ſunt in eo qō multum eſt ſimplr id qō mouet. microphona ṽo i eo ꝙ ſimplr paucū: grauiſona ⁊ oxiſona nō in eo ꝙ id qō mouet ſit ſimplr multū vel paucū ſed in reſpectu ad mouentē. ſi.n. excedat id qō mouet vigorē mouētis neceſſe eſt ipſum tarde ferri ⁊ dici multū p ꝯpōnē ad virtutē illi⁹. ſi aūt excedat neceſſe eſt fieri cito ⁊ dici paucū p ꝯpōnē ad virtutē illius. q̄r ſepe ꝯtingit ꝙ fortis virtus multū mouēs tardū facit motū: aliq̄n aūt q2 pualet fac̄ celerē ⁊ ꝙ debilis mouēs plus virtute tardū facit motū: aliq̄n ṽo p īfirmitatē modicū valde mouēs facit motū celerē: ſicut egrotātes pp qō plerīq; ex eis acutā hñt vocē. Mājfeſtū eſt ergo ꝙ vox grauis eadē eſt magne in gn̄e: vtraq;.n. hēt eſſe ſm magnitudinē q̄ſdā eius qō mouet: pp hō.n. ſicut dicit phs. neq; eſt facile ꝓferre grauē ⁊ puā voceꝫ neq; magnā ⁊ acutā. ¶ Adhuc aūt ⁊ pp hō vr̄ eſſe generoſioris nāe vox grauis: pfectū.n. in exceſſu eſt: grauitas aūt exceſſus q̄dā eſt. Cū ergo dicit Gal. ꝙ vox magna ꝓcedit pncipalr ex forti exufflatiōe ⁊ amplitudine trachee nō intelligit niſi ꝙ fortis exufflatio cāt magnā: q2 mltū mouet de aere. amplitudo aūt trachee coadiuuat: ſicut multū cape potēs. nō.n. ꝯferret multū mouere ſi meat⁹ ſilr paucū ſuſcipet. Cūq; dicit ꝙ pua ſeq̄tur ꝯtra ꝯuenit illud pp cāṁ ꝯtrā: cū ṽo dicit ꝙ acuta nō eſt ſine anguſtia gutturis nō intelligit niſi ꝙ meatus ſtrict⁹ adiuuat velocitatē motus. paucū.n. eſt qō capit. hō aūt facilius ⁊ velocius mobile. adhuc aūt ſicut dicit in li. de voce. ſi cū ſtrictura fuerit breuitas cāne. addit in acuitatē vocis pp hō idē: ſi ṽo lōgitudo addit in grauitatē: ⁊ talis q̄dē vox eſt mulieꝝ reſpectu eius q̄ viroꝝ ⁊ pueroꝝ reſpectu pfectoꝝ: grauis āt nō eſt ſine latitudine pp cāꝫ ꝯtrā. Nō eſt aūt hō ſolū qō diximus cā grauitatis ⁊ acuitatis vocis: ſed ſicut dicit phs calo ſpūs pp ſpiſſitudinē grauitatem facit vocis. fridus ṽo pp ſenſibilitatē facit ꝯtriū: cuius ſignū ſumit ex fiſtulis: aīt.n. ꝙ calidioꝝ ſpū vtētes: ⁊ talem emittētes ſpūm qualē q̄ pfecte etatis grauius fiſtulāt: ⁊ cā huius eſt q2 ſpūs nō ſolū mouet velociter ⁊ tarde pp eſſe multū ⁊ paucū: ſed p eſſe ſpiſſum ⁊ ſubtilē. Adhuc aūt ēt ſiccitas epiglotis addit i acuitateꝫ vocis: hūiditas ṽo in grauitatē. ſicut dicit Galie. Aſpiratio aūt ⁊ lenitatis in voce cā nō eſt alia: ſicut dicit phs q̄ eq̄litas ⁊ ineq̄litas ſupficiei pcuſſe ab aere expulſo: facit aūt inequalitatem in illa multa ſiccitas: aliq̄n ṽo humor extraneus adherens in aliqua parte ipſius: pp qō vox rauca eſt de gn̄e aſpe: vox aūt flexibilis ⁊ inflexibilis: ſicut phs dicit fit ex mollitie ⁊ duritie organi: molle.n. varie flecti pōt: ⁊ oi forme fieri: duꝝ aūt non pōt. nā molle q̄dem pōt ſonare magne ⁊ pue ⁊ grauiter ⁊ acute eo ꝙ in eo cameratur facile ſpiritus factus quidem ipſe facilis magnus ⁊ paruus: in duro aūt difficilis cameratio.

¶ Alie vero partes aialis q̄ itrinſec⁹ ſūt nō leues craſeos hñt cognitiōes tētādū tamē eas ⁊ per adiuuātia ⁊ p nocentia cognoſcere. ampli⁹ ēt ſm naturaliū potentiaꝝ actiones. Dicta ē āt in tertio de cāis q̄ vnicuiq; potētie virtutis ⁊ vitij domiatrix craſis ē. ¶ Craſeos igitur ſigna ⁊ ſpecies dicte ſunt. cō.76.

¶ Cū dedit ſigna ꝯplonis corpis egri ſimplr ſumpta a ſiḡ. gn̄ibus mēbroꝝ hñtiū virtutē innatā ⁊ influētē: nō erat aūt ſibi poſſe oñdere ſigna valde īdica alioꝝ multoꝝ q̄ ſilr hñt virtutem innatā ⁊ influentem. Adhuc autem nec eoꝝ mēbroꝝ q̄ poſita ſunt ab ipſo hr̄e virtutes innatam tm̄ a q̄bus nondū aſſumpſit ſigna corpis egri ſimplr. ſicut pmiſerat nec panit hec doctrina diffinitiua cuius eſt ſummarie cūcta pſtringere. ꝫ docet hic vt ad ſūmā q̄bus ingenijs accedēdū ſit ad cognitionē ꝯplonis illoꝝ: ⁊ dicit (alie ṽo ptes ⁊c̄.) .i. ſed alie ptes corpis hūani q̄ intrinſecus ſunt ſiue ſint ex hñtibus virtutē innatam ⁊ influentē: ſiue ex hñtibus virtutē innatā tm̄: non hñt leues cognitiones ſue ꝯplonis: ⁊ cā huius eſt: q2 ſigna ꝯplonis eoꝝ non ſunt valde in prōptu nō multum patētibus effectibus alicuius eoꝝ in extrinſecis a q̄bus erat adij̄cere: ſed q̄uis hō ita ſit: tentandū eſt tm̄ vt diē cognoſcere ꝯplonē eoꝝ a duobus. .ſ. p iuuātia ⁊ nocentia ⁊ p maneriem opationum nālium virtutū: nō dixit auteꝫ p alias opationes: aut q2 alia mēbra hñtia virtutē innatam tm̄ nō ſunt alterius opatiōis: aut q2 ad has opatiōes in q̄buſcūq; ſint mēbris ꝯplo eſt ſicut inſtrm̄ magis q̄ ad aiales. p iuuātia q̄dē ⁊ nocētia cognoſcemus ſm modū dcm̄ ſupius capi. de ſignis oculoꝝ. aīt.n. ibi ꝙ ledit oīs po facile a ſilib⁹ ſue craſi. iuuat ṽo a ꝯtrīs moderato vſu: q̄r leſio ꝯtingēs a fris ſigñat ptē frīdā. ¶ Juuamētū ṽo ꝯtingēs ab eis cāſaꝫ eē demr̄ abit ⁊ ecōuerſo: ⁊ iā diximus cāꝫ hui⁹ per maneriē aūt operationē nāliū cognoſcem⁹ cōplonē eoꝝ per hō ꝙ aſpiciamus q̄ illaꝝ v̄tutū melius valeat ⁊ fortius operet in mēbro: vel q̄ peius. .ſ. an attractiua an digeſtiua an retentiua an expulſiua. hō.n. cognitio ō facilr cognoſcet q̄ cōplo mēbro dñet: ſi tm̄ ſciat ꝙ pu⁹ q̄ ꝯplone vtat ad ſuū op⁹ virtus illa cui⁹ operatio valētior aut peior ē: ſed q̄m iſtud nō erat hic dcm̄ ꝓpter breuiloquꝫ hui⁹ doctrine remittit ad tertiū li. ō cāis accidētiū. vbi hō pertractauit ⁊ dicit (dictū ē āt ⁊c̄) .i. dictum eſt in li. de cāis accñtiū: ⁊ eſt. vi: ⁊ vltim⁹ tractat⁹ libri q̄ inſcribit ō mor. ⁊ acci. q̄ ꝯplo ſit dñatrix bōitatis ⁊ malitie cuiuſlibet predictaꝝ potētiaꝝ ⁊ volebat hō p virtuteꝫ bonitatē. ¶ Ultimo vero i ſi. toti⁹ iſtius cā. epilogat q̄ dicta ſunt ⁊ dicit (craſeos ⁊c̄) .i. igit dicta ſunt ſigna ꝯplonis corporis egri ſimplr ⁊ ſpēs ēt ſignoꝝ ſꝫ ſpēs cōplonuꝫ ⁊ ſꝫ ſpēs mēbroꝝ pdiuiſoꝝ oſtendamus ⁊ nos breuiter hic ad pfectionē ꝯmētatiōis que craſis dñatrix ſit

bonitas ꝛ vitiũ cuiuſcꝫ virtutũ dico ergo ſicut dicit Gal. in tertio pti. ꝙ cũ ſis accñtũ vnũquodcꝫ mẽbrũ pl'es habet actiones: quaꝝ vna aliqñ nocumẽtũ recipit alia exiſtente ſaua: ꝛ interdũ pl'es leduntᷣ vna exñte ſana: cuius cã eſt compl'o ſicut dicit: nõ.n. eſt neceſſariũ cuicꝫ actioni inde tẽperamẽtũ nã cõuerſiua actio qualis ẽ digõ non eget ea cõplexione qua indiget actio aliqñ ſm locũ motiua ſicut attractio retẽtio ꝛ expulſio: cũ.n. ꝯuerſio ſit a ꝯctu corpuꝫ null' motu localis expedit ꝯuertẽti dũ ꝯuertit ſicᷣ expedit attrahenti dũ attrahit ꝛ ꝯtinẽti dũ ꝯtinet ꝛ expellenti dum expellit: quare actio que eſt ꝯuerſio nõ indiget firmitudine multa ꝯuertentis ſicut actio localiter motiua ſed indiget vt ſit amplectẽs ꝛ alterabile ꝛ alterãs tale aũt erit qꝺ humidũ maxime ſi cũ humiditate calorẽ habuerit: nulla.n. qualitas ſui vicinã mutat vt calor manifeſtũ eſt ergo ꝙ ca. ꝛ hu. cõpl'o digõnẽ ꝛ cõuerſionẽ opatᷣ ꝓpterea corpora ca. ꝛ hu. bene mutant cibuꝫ ſuum ſibicꝫ aſſimilãt: humida.n. liquida facile cõiungi ꝛ miſceri pñt: quare adinuicẽ ſolidari ſicᷣ Ga. ibi dicit fra vero ꝛ ſic. deterius oĩbus. Sed qñ talia corpora ñ firma ſunt necꝫ ſtabilita incompetẽtia ſũt attrahere continere ꝛ expellere: motus.n. quadã fortitudine indiget mouentis ꝓp qꝺ ad p̄dictas tres operationes cõpl'o ſic valentior ẽ eo ꝙ ſiccitas fortitudini ꝛ ſtabilitati pſtat ſubſidiũ ꝛ ſuſtentationeꝫ efficit: q̄ in motu eſt neceſſaria ſed tñ ſi frigiditas huic cõpl'oni ꝯiungatᷣ debilitabit omneꝫ motũ: eo ꝙ friditas eſt ſuſtentiua motus ꝛ paraliticũ faciẽs ꝛ mortificans: q̄re predicte tres operationes indigebũt ca. ꝛ ſic. cõpl'one magis: ſed tñ differunt. naꝫ retẽtiua pl's indiget ſiccitatem q̄ꝫ ca. nã tempus quo indiget calore ẽ tempus motus: quo. ſ. ꝯtrahit villos trãſuerſos ſꝫ figurã cõprehẽſionis bñ factã reliquũ vero totũ tp's ſue opõnis eſt tẽpus q̄etis ad qꝺ ſiccitas eſt vtilior q̄ꝫ caliditas: propterea debilis eſt hec virtus in pueris: attractiua vͦ pl's indiget caliditate q̄ꝫ ſic. qm̄ i attractiõe iuuatiõ ẽ caliditas q̄ꝫ ſic. tñ q: in maior pte huius opationis eſt in motu quo. ſ. mouet villos in lõgitudinẽ ꝓtẽſos ad ꝯſtrictionem attracti ꝛ deductionem in ptes q̄ vlteri' ad qꝺ adiuuat calor: tñ q: calor ẽ de attrahẽtibus ſm ſeipſuꝫ ꝓp hoc ꝙ eiiat: expulſiua vero min' idiget ſiccitate q̄ꝫ ca. eo ꝙ eius opatio nullo mõ ẽ in q̄ete ſꝫ in motu tota. ℂ Adhuc ãt minus idiget ſicci. q̄ꝫ retẽtiua ꝛ attractiua: ñ.n. idiget cõſtrictione retẽtiue. necꝫ adherẽtia ꝛ iſeparabilitate attractiue ꝛ cõſtrictione attracti tenendo partes iſtrumẽti donec ipſum ad ptes q̄ vlterius ſunt pducat: ſꝫ idiget iſpiſſatione pauca. ſ. mẽſura q̄ villus latitudinis fiat boue expreſſionis. Caliditas ergo omnibus eis cõis exiſtit: ſicᷣ frigiditas eſt omniũ impeditiua niſi p accñs tñ. ſ. grã ꝯſtrictionis cuiuſdã ab ea facte q̄ neceſſaria ẽ icontentiua ꝛ attractiua: ꝛ grã vẽtoſitatis ab ea generate q̄ ꝯferẽs eſt expulſiue. ℂ Sꝫ q̄ plus omnibus eis indigẽs caliditate eſt digeſtiua: qm̄ huius eſt nutrimẽtũ trãſformare in ſimilitudinẽ nutriti. hoc aũt potẽti' efficit caliditas. hu. aũt ad hoc ẽ diſpoſitiuas materie tantũ faciẽs eã paſſibiliorẽ: ſicut aũt vnaquecꝫ iſtaꝝ virtutũ vtitᷣ tẽpamẽto cõplexionis diuerſe ab eo quo vtitᷣ altera ita ꝛ nocetᷣ a diſtẽperamento altero q̄ꝫ altera. ℂ Nihilominꝰ tñ ſciendũ eſt ꝙ oĩs mala cõplexio quecũcꝫ fuerit cuꝫ in multo fuerit exceſſu omnes ledit opatiões: ꝛ hoc eſt qꝺ Ga. innuit in com. ſup illo apho. tertie particule. Egritudines q̄dem omnes in temporibus ꝛc̃. Ait.n. ibi ꝙ ſtrãgurie fiunt ꝓp acredinẽ vrinaꝝ ꝛ ꝓpter ibecillitatẽ virtutis cõtẽtiue i veſica: q̄ rurſus ibecillitas fit ꝓp imoderatã quãdã diſcraſiã deĩde adiecit exñtib' ãt. viꝫ. imoderationib' ſcdm̄ vnãquãcꝫ illaꝝ ibecillis fit veſica vt euenire poſſit ſtrangurĩa ex debilitate cõtentiue: ꝛ ſimiliter eſt de debilitate aliarũ virtutũ naturaliũ in quibuſcũcꝫ membris.

ℂ Quecũcꝫ vͦ oꝑꝑ magnitudinem aut plaſmationẽ aut numeꝝ aut poſitionẽ labuntur. ita ſe hñt. q̄cũcꝫ igitᷣ cadũt ſub ſenſu cognoſci facilia: eoꝝ vͦ q̄ nõ ſub ſenſu cadũt: hec q̄dẽ difficilia ad cognoſcẽdũ: hec vero ignota ſũt. ℂ Capitis ergo magnitudo ꝛ figura ꝛ cũ eo cerebri manifeſta ẽ: vt p̄us dcm̄ ẽ: ſꝫ hec vero ꝛ thoracis. Ita vͦ ꝛ q̄cũcꝫ labuntᷣ ſed omoplatas aut hũeros aut brachia aut cubitos aut ſũmas manus renes ꝛ anchas aut yſchiõ aut furan: aut pedes nõ difficilia cognoſcere: ſiue ſm plaſmationẽ lapſum ſit aliq̄d taliũ: ſiue ſꝫ magnitudinẽ: ſiue nũerũ aut ordinationẽ cõponẽtiũ ea. manifeſte vͦ ꝛ opatiõis in vnoquocꝫ leſiões. ℂ Ea vero q̄ inter corpus ſũt nõ oĩa cognoſci poſſ: verũ ẽ q̄dẽ cuiuſdã ita paruũ ꝛ rotũdũ ꝛ ꝓpẽſum iuxta hypocũdriũ vidi: vt manifeſte appareret ſm circũſcriptionẽ ꝓpriã ꝛ videntib' ꝛ tangentib'. ℂ Siłr vidi ꝛ viſicã cuiuſdaꝫ expoſitaꝫ ꝛ paruã: ita vt ſi aliqñ tardaret ad egeſtionem vrinaꝝ: tumor appereret circũſcriptus manifeſte: nõ tñ alioꝝ q̄ intrinſec' ſunt mãifeſta cognitionẽ ꝺdit mihi aliqñ. ℂ Tẽtare tñ opꝫ cognoſcere vt poſſibile ẽ virtutẽ ꝛ viciũ eoꝝ: ꝛ ſi non ſm diſciplinã certã: ſed ſm cõiecturã q̄dã artificialẽ: velut ſi ita accidat epati. ℂ Uidi quendaꝫ ꝛ multos graciles q̄dem venas hñtes: ſine colore vero vniuerſum corpus: ꝛ ſi paulo amplius cibi itulerint ꝛ magis ſi inflantia ꝛ ſpiſſa ꝛ glutinoſa hos q̄dẽ velut põdere quodã impoſito ꝛ ſuſpenſo ſm dextrũ hypocũdriũ ſentiẽtes i ꝓfundo: hos vͦ cũ extenſiõe q̄dã dolẽtes. In his igitᷣ conueniẽs eſt ꝛ paruũ eẽ epar ꝛ anguſtũ in exitibus. ℂ Alteꝝ vero vidi flegmaticũ totũ ſm ꝯtitudinẽ vomentẽ quotidie colerã palidã. agnoui igitᷣ oportere ꝛ egeſtiones ei' videre ꝛ minimũ hũerũt fellis. ℂ Cognoui igitᷣ ex hoc ſigno felleũ hũorẽ emittẽtem poꝝ eius ptẽ nõ paruã in plenõ vẽtris trãſmittere vt in q̄buſdã apparet aĩalibus. ℂ Ex q̄b' manifeſtũ eſt i remotis a noſtris ſenſib' ptibus valde ꝓficit ad cognitionẽ ex anatomijs appentiũ mẽbroꝝ noticia ꝛ opõnũ ꝛ vtilitatuꝫ cognitio. ℂ Quicũcꝫ igitᷣ cognitor eẽ vult ſicut dcm̄ ẽ nũc lapſoꝝ corporũ: in anatomijs ei exercẽdũ ẽ: ꝛ opationuꝫ ꝛ vtilitatũ inuẽtiõib' ſcriptũ ẽ ãt de oĩb' ſepatim in alijs negocijs de q̄b' in fine toti' oronis dicetᷣ grã cognoſcẽdi amãtes diſcere: ſinguli quoꝝ deſiderãt diſcere ex quo maxie negocio

gocio eligere oportea: ſ3 de his ſuſficiéter.
cõ.77 ¶ Cũ dedit ſigna corporis egri ſimplr penes lapſũ eius
in cõplone: dat ſigna illi⁹ penes lapſũ in cõpoſi õe: ſicut
aũt cõplo eſt cõſiſtẽ tñ ⁊ nõ officialiũ niſi p ↄſiſ͛s penes
cõfractionẽ .iiij. qualitatũ i vnã: ⁊ lapſus i ↄplone penes
vnã illaꝝ nõ equatã alteri in cõplexo. ita cõpõ ẽ organi
corũ penes adaptatõeʒ .iiij. naturaꝝ i ipſis ↄueniẽtiũ ad
vnã formã. ſ. magnitudinis plaſmatis numeri ⁊ ſitus ⁊
lapſus: i cõpõe penes vnã illaꝝ ñ equatã alteri i cõpoſi
to: cũ ergo oporteat ſumer͛ ſignũ lapſus in cõpõe penes
illas: dicit. (quecũqȝ vero ⁊c̃.) .i. ſ3 quecũqȝ mẽbra orga
nica ſũt lapſa penes magnitudinẽ aut plaſmatonẽ aut
numerũ aut ſitũ cognoſcẽ͛ p hũc modũ: ⁊ volebat p ma
gnitudinẽ q̃titatẽ ſpẽʒ ponẽs p genere p plaſma aut .5.
naturas ſupius dictas: ⁊ cõtinuo ſubiungẽs modũ diui
dit mẽbra organica i maĩfeſta ⁊ occulta: ⁊ dic̃. (quicũqȝ
vero ⁊c̃) .i. quecũqȝ mẽbroꝝ cadũt ſub ſenſu qualia ſũt
extrinſeca oĩuʒ facilis ẽ cognitio lapſus i qualʒ p̃dictaꝝ
naturaꝝ potẽtib⁹ nobis ⁊ tangere ⁊ videre ipſas partes
nõ cadentiũ vero ſub ſenſu q̃lia ſunt intrinſeca quedaʒ
ſunt difficilia cognitu vt quecũqȝ p ptes ſuppoſitas fã
taſiant a nobis quedã oĩno ignota ſ͛c̃ quoꝝ fãtaſia non
hebẽ͛ ex ſuppoſitis: Deĩde icipit a cadẽtib⁹ ſub ſẽſu ⁊
dicit (capitis igiẽ ⁊c̃) .i. igiẽ magnitudo capitis ⁊ figura
eũ eo immo magnitudo ⁊ figura cerebri pp caput mani
feſta ſunt ad ſẽſuʒ ⁊ dictũ ẽ ſupra õ ipſis: ⁊ ſimilr magni
tudo ⁊ forma thoracis p3 ad ſenſuʒ: ⁊ dictũ eſt ſupra de
ipſis ⁊ qm̃ ſenſui ſe oñdũt facil͛ ẽ cognitio lapſus capitis
⁊ thoracis in qualʒ illaꝝ: ⁊ tacuit õ numero ⁊ ſitu capitiſ
⁊ thoracis q2 raro peccãt i eis. ¶ Deĩde ꝓcedẽs ad alia
cadentia ſub ſenſu dixit (ita vero ⁊c̃.) .i. capiti: ⁊ ſimilr ⁊
thoraci facile ẽ cognoſcere vtꝝ ſpatule: ⁊ h volebat per
omoplatas: aut humeri aut brachia aut cubiti aut vole
manus ſiue pectẽ aut coxe. ⁊ h volebat iſchion: aut cru/
ra: ⁊ h volebat p ſuras aut pedes ſint lapſa in plaſmate
aut magnitudine: aut numero: aut poſitiõe partiũ ſimi/
liũ ↄponentiũ ipſas organicas q2 manifeſtat h viſus ⁊
tactus ⁊ erũt talia ſigna ſũpta a ſubſtãtialiter ĩherẽtib⁹
organicis. ¶ Deĩde q2 ſenſus ñ diſcernit hos lapſus ni/
ſi ↄparans ad coeq̃litatẽ quã ⁊ aliã: ⁊ aliam p̃ſupponere
põt ⁊ p hoc frequẽter ſuſpicari lapſũ i magnitudie ⁊ fi/
gura qõ nõ ẽ ita: iõ ſubiunxit ⁊ ab alio ẽt cognitionẽ la/
pſus hẽri poſſe ⁊ nõ ſolũ a ſimplici aſpectu ⁊ dicit. (ma/
nifeſte vero ⁊c̃.) .i. ⁊ manifeſte ẽt ſũt ad ſenſuʒ leſiones
opationis i vnoquoqȝ: q2 opõnes organicoꝝ ñ ledũt niſi
ab inequalitate ipſoꝝ penes aliq̃ p̃dictaꝝ naturaꝝ ſci
mus ab illa certitudinẽ lapſus. Aſpect⁹ ergo ⁊ ↄſidera/
tio leſionis i opatõe facilẽ dat diſcretionẽ lapſus. ¶ Deĩ
de cũ dedit qb⁹ modis cognoſcaẽ lapſus organicoꝝ ſub
ſenſu cadẽtiũ oñdit q̃liter cognoſcaẽ lapſus organicoꝝ
ſenſui occultoꝝ ⁊ dicit (ea vero ⁊c̃.) .i. ſed mẽbra organi
ca occulta. ſ. que ſũt intra corpus nõ oĩa poſe cognoſcere
vtꝝ ſint lapſa ſ͛m aliquã p̃dictaꝝ naturaꝝ. ſed ea ſoluʒ
quorũ quãtitas: ⁊ figura ⁊ ſitus ex ſuppoſitis fantaſia/
bilis: ẽ aut: opationis quoꝝ virtus ⁊ vitiũ bene ↄiectu/
rabilia ſunt: ⁊ qm̃ his duab⁹ vijs cognoſcaẽ eoꝝ lapſus:
iõ penes vtrũqȝ modũ exẽplificat de duob⁹ mẽbris: ⁊ p/
mo penes modũ fantaſiatõis ex ſuppoſitis declarat la/
pſuʒ ventris ⁊ veſice: qõ q̃dẽ eẽ ſignum ſumptuʒ a ſub/
ſtãtialiter eis inherentib⁹ ⁊ dicit. (ventrẽ ⁊c̃.) .i. ſicut vi
di ventrẽ cuiuſdã paruũ ⁊ rotũdũ eminẽtẽ iuxta hypo/
cundriũ adeo. ſ. vt declararet illud ad viſuʒ ⁊ tactum pe
nes circũſcriptionẽ propriã ⁊ peccabat hic venter i trib⁹
naturis organicis magnitudine figura ⁊ ſitu quoꝝ qõ
libet peccatoꝝ ẽ nocẽs opationib⁹ ſtõi. nõ q2 nature offi
ciales expediant principalr operationibus naturalib⁹: q̃s
ſtõcius pficere h3: ſed ſecũdario tantũ ſ͛c̃ ſupra diximꝰ.

¶ Adhuc aũt nec paruitas ⁊ figuẽ rotũditas eiſqȝ emi
nens ſituatio nõ noceat opatiõib⁹ naturalib⁹ ad ſui ſal/
uationẽ ſientib⁹ tantũ: ſed ſientib⁹ ad cõmunẽ toti⁹ cor/
poris vtilitatẽ: nocet paruitas q̃ ꝓhibet ↄtinere eã quan
titatẽ q̃ cibi toti expedit. Rotũditas vero q2 ꝓhibet ext/
tũ eius ab i ſra. Eminẽs ẽt ſituatio q2 anguſtat epar ⁊ q2
cũ repleẽ cõprimit dyafragma ⁊ anhelitũ impedit: quare
hic ꝓhibet eũ repleri viſo nocumẽto: ⁊ ex hoc accidit ẽt
nocumentũ ſup toto. Nõ intelligit aũt ſe vidiſſe ventrem
ſic diſpoſitũ lincei oculis vtentẽ: ſed vidiſſe p circũſcri
ptionẽ ꝓpriã ventris apparentẽ in mẽbris extrinſecis ſi
bi ſuppoſitis. Circũſcribiẽ .n. locatũ a loco penes naʒ lo/
cati vt locus ẽt ſit magnus paruus rotũdus ⁊ trigonus
⁊ tetragonus ſi locatũ fuerit tanti: ⁊ tale: eo q̃ ei adeq̃/
tur: ⁊ cũ ſit ſupficies corporis ambientis aliud corpus.
ſunt aũt locantia ventrẽ ⁊ ambo hipocũdria ⁊ ʒirb⁹ ⁊ la
certi ab anteriori ſibi ſuppoſiti: pp qõ apparet apud hec
mẽbra ⁊ quãtitas ⁊ figura ⁊ ſitus vẽtris ex tumore quẽ
facit apud ipſa: ⁊ ꝓpter figurare quodãmõ ſe ĩ illis de
facili ex mollitie ſupiacẽtiũ maxime qñ cibis repleẽ⁹ fue
rit. ¶ Deĩde dicit (ſimilr vidi ⁊c̃.) .i. ⁊ ſimilr vidi veſicã
cuiuſdã ꝓminẽtẽ ⁊ paruã adeo q̃ ſi aliqñ pp occupatio
nẽ tardaret vrinã emittere apparebat tumor circũſcript⁹
apud inguẽ: ⁊ peccabat hec veſica i duabus naturis of/
ficialibus. ſ. i magnitudie ⁊ ſitu: quoꝝ quodlibʒ pctõꝝ
ĩpedit veſicã ſeruire operationibus ad quas fuit creata.
nimis eniʒ ꝓminens ĩpedit mẽbra ad que ꝓminet ⁊ ab
eis cõpreſſa ĩpediẽ: paruus aũt exiſtens non põt multam
quãtitatẽ vrine cõtinere ex quo nimis frequẽter cogit
vrinare: quod etiam redundat in iacturã totius.
¶ Deĩde q2 nõ erat de plurimis mẽbris intrinſecis per
hãc viã certificari in qbus naturis organicis ſint lapſa
oñdit tẽtãdũ eẽ ea cognoſcere p 2ᵐ modũ: circa quẽ mo
dũ de aliis duob⁹ exẽplificat membris. ſ. epate ⁊ poꝛro q̃
exit a ſelle ⁊ dicit (nõ tñ ⁊c̃.) .i. licet hoc ita videri õ ven/
tre ⁊ veſica: tñ ſenſus nunquã dedit mihi manifeſtã co/
gnitionẽ alicuius alioꝝ mẽbroꝝ intrinſecoꝝ: ⁊ cã hu/
ius ẽ: q2 talis fantaſiatio ex ſuppoſitis nõ eſt poſſibilis
niſi apud pauca mẽbra ſ͛c̃ apud ea que accidit tumeſce/
re ex ſuceptis in ↄcauitate ſua ⁊ ꝓpellẽ ſuppoſita mol
lia exiſtentia qualia ſunt vẽter ⁊ veſica: ⁊ q2 difficile ẽ h
⁊: õ diſcernere de pluribus: iõ ſubiunxit (tẽtare aũt ⁊c̃.)
idest ſ3 tẽtare oportet vt poſſibile ẽ cognoſcere bonitatẽ
⁊ malitiaʒ operationis eoꝝ ⁊ ſi nõ poſſint hec cognoſci
certitudinaliter ſicut cognoſcunẽ apud mẽbra extrinſe
ca p ſenſuʒ: adiſcanẽ tñ per coniecturã quãdã artificialẽ
cognoſcere: qual͛ ẽ ea q̃ accidit ex qbuſcũqȝ ſignis: ⁊ per
has cognitas tẽtãdũ vtiqȝ deuenire i cognitionẽ lapſus
officialiũ ſi quos habent: velut ſi ita accidat epati ſicut
ſe vidiſſe cõmemorat. ⁊ dicit (vidi quendam ⁊c̃.). i. vidi
quendã imo ⁊ multos habentes venas ⁊ graciles ñ graci/
litate pãniculoꝝ: ſed anguſtia ſue ↄcauitatis habẽtes ẽt
vniuerſũ corpus ſine colore. i. ſine rubore genus eniʒ p
ſpecie poniẽ: hec .n. ⁊ eſt ↄñs gracilitatis venarũ: qui .n.
graciles nimiũ hñt de ſanguie ⁊ ex hoc nimis de colore
q̃ p excellentiã ẽ dictus color in his q̃ viuũt ⁊ ſanguinẽ
hñt q̃lis ẽ rubedo a cui⁹ puatõe diſcoloratũ dicim⁹ aĩal.
¶ Deĩde dicit (⁊ ſi paulo ⁊c̃.) ⁊ ↄſideraui in eis p obſer
uationẽ q̃ ſi paulo amp̃. oppoꝛtuno comederint ⁊ maxi
me ſi comederint cibaria iflatiua ⁊ ſpiſſa ⁊ viſcoſa q̃ ali
q̃ eoꝝ ſentiebãt q̃ſi quoddã pondus ſuſpẽſum ſ͛m dex/
trũ hypocũdriũ: aliqui vero dolorẽ aut q̃dã extẽſioneʒ.
¶ Deinde cũ dedit obſeruationẽ ſuã de talibus oſtẽdit
qd ↄiecturabile ſit in illa. ⁊ dicit (in his igiẽ ⁊c̃.) .i. in tali
bus ↄueniẽs ẽ ↄiũgere epar eoꝝ anguſtos hẽre exit⁹ ve/
narũ: q̃re ⁊ lapſuʒ eẽ in nã plaſmatis q̃ eſt poꝛus: hec .n.
cõiecturatio a duob⁹ exoriẽ .p⁹. ſ. a gracilitate venarum

⁊ diſcoloratiōe viſus in toto corpore ex qb⁹ iã3 ſignificat venas epatis eē tales marie ſi cap̄ origo acceptef eſſe ab epate. ℭ Secūdo a pōderis ⁊ doloris extēſiui apud dextrū hypocūdriū poſt comeſtionē pluriū oportūo ciborū3 ⁊ marie īflatiuoꝝ groſſoꝝ ⁊ viſcoſoꝝ: ſenſus enim ſuſpenſi pōderis cōuincere facit groſſa ⁊ viſcoſa cibaria īntroducta detineri in trāſitib⁹: ⁊ ex hoc oppilare: ⁊ inde epar totū ſicut pōderoſius factū inferius trahi. talis aūt detentiōe quãquã ita velociter ꝯtingere poſſet niſi epar anguſtos haberet exitus venarū: ſenſus autē doloris extenſiui cōuincere facit ꝙ plura ⁊ īflatiua cibaria īntroducta nō habentia magnos meatus in qbus euadant extēſionē inducunt: ⁊ p̄ hanc dolorē nō quidē ī epate quod eſt membrum carens ſenſu: ſed in paniculo continente ipſum: quē per hoc accidit extendi: cōiecturalis ergo cognitio malitie operationis cui porus epatis deſeruire habet facit aliqualē3 fidē de eius lapſu in nã plaſmatis que eſt pori ſtrictura. ℭ Deinde dicit (altero autem ⁊c̄.) i. ⁊ vidi alterū exiſtentē phlegmaticū totū ſecundu3 corpis habitudē ⁊ vult per phlegmaticū in cuius ſanguine dominatur phlegma: per habitudinem autem corporis vult diſpoſitionem comitantem in toto dominiū humoris que apud humorem phlegmaticu3 eſt albedo. ⁊ mollitia ⁊ ſomnolētia. ⁊ pigritia. ⁊ ignauia. ⁊ huiuſmodi deinde dicit (vomentem vero ⁊c̄.) idest vidi illum vomentem vero ⁊c̄.) i. vidi illū vomentē quottidie cholerã palidã: ⁊ vult per palidã eã que nō erat intenſe citrinitatis. ℭ Deinde qꝛ hoc nō correſpondebat habitui ſubiūgit (cognoui ⁊c̄.) i. igiť ꝓpter hoc iudicaui oportere videri egeſtiones eius: que viſe oſtēderunt ſe modicu3 habere fellei humoris ꝓpter declinare ad quandã ſubalbedinē. ℭ Deinde qꝛ dedit obſeruationē ſuã oñdit qd ex h̄ ꝯiecturauerit: ⁊ dicit (cognoui igiť ⁊c̄.) i. igiť ex hoc ſigno ꝯiecturabile ē ꝙ porus q̄ ē emittēs humorē cholericum a ciſti fellis ī duodenū ⁊ pileron magnã partē ei⁹ emittebat ī pileron ventris ⁊ volebat p̄ pileron fundū ſtōaci: ſicut ēt ꝯtingere aſſeriti qbuſdã animalibus vt ī accipitre ⁊ ſimilib⁹ rapacib⁹: in his. n. ꝓpter effundi fere totã cole ra3 in ſtōaci fundū albeſcūt egeſta ⁊ fit ſtōac⁹ eoꝝ calidior vt ⁊ cruda ⁊ dura digerere poſſint ſed qm̄ amara ē valde freq̄nter vomitū excitat ī eã cibis ꝯmixta. ℭ Exorit aūt talis cōiectura ex hoc: qꝛ cū hō fuiſſet habitudie phlegmaticus nō poterat eē quotidianus vomitus colere in eo ex habundãtia colere in eo generate: quare ō neceſſitate erat ex effuſiōe tot⁹ ſue colere ī pileron: nullus enī a deo phlegmaticus quin ēt aliqd colere ī eo generef ſed colera taliū nō ē multe citrinitatis ſed palida ꝓpter ſapere aliqd de nã phlegmatis. ℭ Eſt aūt meatus extrahens colerã ad ciſtim fellis ramificatus ī duos. quorum vnus eſt maior ⁊ latior: alter vero ſubtilis ⁊ pu⁹: maior qdem ſecundū plurimū ꝯtinuaf duodeno: minor vero fundo ſtōaci ad abſtergēdū eoꝝ ſupfluitates ⁊ raro ecōtrario: imo ſicut Gal. ⁊ p̄nceps dicūt ī pleriſq; nō ē inuentus niſi vnic⁹: ⁊ ille ē cōtinuat⁹ duodeno: qꝛ colera ſparſa in fundo ſtōaci ⁊ cibis cōmixta nauſeã īducit ⁊ cibū corrūpit: ſi ergo porus ꝯtinuat⁹ duodeno fuit ſbtilis qḋ oñdebat paucitas fellis ī egeſtionib⁹ nō poterat eē vomit⁹ colere in eo niſi ex largitate eius pori q̄ cōtinuaf fundo ſtomaci: quare noticia talis pori ⁊ officij eius facit ꝯſtare ipſum eius in largitate: eſt aūt hic porus nō mēbrū officiale ſm̄ ſe: ſed gratia ſui meat⁹: ſic ⁊ vena p̄cipiat officialis nãm: fortaſſis aūt ⁊ hec nã officialis nō eſt de nã vene vel pori ſed mēbri organici continētis illa. ℭ Deinde dat cōſequens ex p̄dictis: dicit (ex qbus ⁊c̄.) i. ex qbus manifeſtū ē ꝙ in mēbris officialibus remotis a ſenſibus qualia ſunt que intrinſecus multū conferūt ad cognitionem ſuoꝝ lapſuū habuiſſe per recisionē noticiã q̄ p̄ eos de membris oſtendiť. Adhuc aūt ⁊ cognouiſſe quoꝝ iuuamentoꝝ ⁊ opeꝝ mēbra ſunt. niſi. n. ſciref quod ſit pori officium ⁊ cui mēbro cōtinuaref porus non eēt aliqd vnde poſſit cōuici largitas vel ſtrictura pori ꝓp̄ qḋ ꝯcluſit volenti hoc cognoſcere in talibus ſibi exercendū eſſe. ⁊ dicit (qcūq; igiť ⁊c̄.) i. igiť quicūq; vult iſta cognoſcere neceſſariū ē ſibi exerceri ī recisionibus corpoꝝ ⁊ inuentione iuuamentoꝝ ⁊ operū ad que natura mēbra cōſtituit deinde qꝛ de talibus ſcripſit ipſe plura volumina remittit ad illa. ⁊ dicit (ſcriptū aūt ⁊c̄.) i. ſed de omnib⁹ talibus anathomijs ⁊ iuuamētis ⁊ opib⁹ ſcriptū ē a nobis ſeparatim ī alijs libris ſuis: quos de anathomia diuerſoꝝ mēbroꝝ fecit ⁊ ī libro ō iuuamēto mēbroꝝ: de qb⁹ lib. ſicut dicit fiet mētio in poſtremo libri toti⁹ capi. vt ſinguli amãtes diſcere cognoſcãt ex quo. lib. requirēda ſint ea quoꝝ deſideraf diſciplina: ⁊ volebat p̄ ſenſu3 diſcere diſciplinã. hic eſt ergo modus ſignoꝝ corpis egri. ſimplr lapſi ſcōm cōpoſitionē: ſigna vero lapſus in nã cōmuni ſiue p̄uacuū apponere raro vel nūq; in ipſo exiſtere potētis a nã: preter nãm autem exiſtentis ⁊ tam facientis corpus egrum vt nunc ad ſequens attinebunt capi.

ℭ Quecūq; vero in preſenti egra ſūt corpa cognoſcere oꝫ: ⁊ hec ſenſibus qdem ſubiacentia mutatione eoꝝ q̄ ſecūdū naturã eis ī magnitudine ⁊ colore ⁊ figura ⁊ numero ⁊ poſitione: ⁊ ſecundū duritiem ⁊ mollitie3 ⁊ caliditatem ⁊ frigiditatem differentia.

ℭ Cū declarauit ſigna corporis ſimplr ſani: adhuc aūt ⁊ ſimplr egri: qḋ vt nūc ſanū eē demōſtrauimus ex ſignis cuius duas p̄cedentes ipſu3 latitudines voluit eē manifeſtas: quaꝝ vna. ſ. vt multū ſani ē ſub ſimpliciter ſano; reliqua vero. ſ. neutrius ſimplr eſt ſub vt nūc ſano ſimul cū egro ſimplr. ⁊ ita cū declarauit ſigna toti⁹ latitudinis ſanitatis: declarat ſigna alteri⁹ extremi. ſ. corpis vt nūc egri. ℭ Aut ſic. cū declarauit ſigna corpis ſimplr ſani ⁊ vt nunc ſani duplicis. ſ. qꝛ egri ſimplr ⁊ neutrius ſimpliciter: cū deinceps in deſcenſu ſint corpa egrotantia que dicunť vt nūc egra declarat ſigna corpoꝝ egroꝝ vt nūc ⁊ qꝛ corpus iudicaf eſſe egrū vt nūc ab egritudine p̄ter naturã aliqñ mēbroꝝ apparentiū: aliqñ occultorum idō ſigna eius dat penes vtraq;: ⁊ p̄mo penes egritudine3 apparentiū ⁊ dicit. (Quecūq; vero ⁊c̄.) i. ſ3 quecunq; corpora ſunt egra vt nūc ⁊ ſunt egrota ſ3 mēbra ſubiacētia ſenſibus: oportet ḡ ea generaliter cognoſcere a mutatiōe eoꝝ q̄ ī ſunt eis ſm̄ nã3. ℭ Et notauit p̄ hoc ꝙ egritudo vt nūc ē egritudo p̄ter nãm: nō ſicut egritudo corporis egri ſimpliciter: q̄ ē egritudo nãlis: dicta quidem egritudo p̄ collationē ad optimã ſanitatē: cu3 tm̄ ipſa ſit ſanitas q̄dã habentis ſicut ſupra diximus⁹. ℭ Dicit aute3 hali. ꝙ egritudo corporis egri vt nūc ē eadem generē cū ea q̄ eſt corporis egri ſimpliciter: ſed differt p̄ hoc ꝙ ipſa nocet opationi nocumēto ſenſibili illa vō nō: ⁊ ē hoc verū ī genere generaliſſimo: dū tm̄ nō lateat ꝙ egritudo ſimpliciter facit ēt leſionē ſenſibilē ī opatiōe cu3 ꝯparaf ad ſanitatē vt multū: ī qua ē leſio opationū reſpectu corporis ſemp ſani: ſed tm̄ īſenſibilis: nō tamē facit ſenſibilē leſionē ī opatione p̄ ꝯparationem ad ſeipſam prius cum ipſa ſit quedã ſanitas ⁊ nūq; fecerit ei aliter. ℭ Quare ſicut vr̄ melius ē aſſignare differētia huius ab illa p̄ eſſe p̄ter nã3 cū illa ſit naturalis: ſenſibilis autē operationu3 leſio melius ē ꝙ ſit illud p̄ quod differt egritudo vt nūc a neutralitate vt nūc: ab vtraq;. n. fit opatiōis leſio p̄ter naturã. i. p̄ cōparationē ad ſeipſã prius: ſed ī naturalitate vt nunc nondum valde ſenſibilis: hoc enim ⁊ ſic oportere iam ſupra declaratum fuit.

ℭ Deinde

¶ Deinde q2 ea q̄ ſm nām eis inſunt ſunt ꝯplo ꝯpoſitio ⁊ quecūq3 alia eas comitant̄: vt color mollicies ⁊ duricies ⁊ hmōi. Adhuc aūt ⁊ opatiōes q̄s virtutes eorū efficiūt ſm exigētiā ꝯplonis ⁊ cōpoſitiōis: iō dixit q2 o3 ea cognoſcere a mutatione eoꝝ in magnitudine ⁊ figura ⁊ numero ⁊ ſitu penes q̄s ē mēbri cōpoſitio ⁊ a mutatiōe ipſoꝝ ſeu q̄lia in caliditate frigiditate ⁊ ſic. penes quas eſt mēbri ꝯplo: adhuc aūt ⁊ a mutatiōe eoꝝ ſm colorē ⁊ ſm mollicīē ⁊ duriciē ⁊ hmōi q̄ ꝯplonē ⁊ cōpoſitionē ſequunt̄. Et neſcio quare tacuerit q2 oporteat ēt ipſa cognoſcere a mutatiōe opationū q̄ ſūt ſ3 nām eis inſunt. Ex his. n. oībus apparētibus mutatis a nā ſua ē cognoſcere q2 egrotāt ⁊ ſunt ſigna q̄ ſumunt̄ a mutatiōe q̄ntitatis figure numeri ſitus. Et ſūt ſumpta a ſbalr īherētibus organicis q̄ vo ſumunt̄ a mutatiōe in caliditate ⁊ fri. ſunt ſumpta a ſbalr īherētibus ꝯſilib⁹: tales nāq3 mutatiōes cadētes ſunt i diffinitiōibus ipſoꝝ egrotoꝝ: q̄ vero ſumunt̄ a mutatiōe in colore ⁊ mollicie ⁊ duricie ſūt ſumpta a caſibus ꝯplonis ſicut ſūpta a deformitate ſūt ſumpta a caſibus cōpoſitis: ſed q̄cunq3 ſumunt̄ a mutatione operationū ſunt ſumpta ab effectibus ſuaru3 virtutum: ſicut ex dictis manifeſtum eſt.

¶ Non apparentia vero vniuerſaliter op3 quidē dicere ſm leſiōes opationum aut egeſtionibus aut doloribus aut tumoribus p̄ter naturā: aut q̄buſdā hoꝝ aut oībus.

co. 79 ¶ Cū declarauit ſigna a q̄bus ē ſumere ſigna corporis egri vt nūc cū egrotat ſm mēbra ſenſui ſubiacētia: declarat a q̄bus ē ſumere ſigna illius qn̄ egrotat ſm mēbra n̄ appētia: ⁊ p̄mo dat gn̄a ſignoꝝ ⁊ dicit (nō apparētia vero ⁊c̄.). i. ſed mēbra occulta egrotantia eſt cognoſcere vt vir q̄dē eſt dicere ab altero. 4. generꝝ aut a q̄buſdā ex eis aut ex oībus ſimul. ¶ aut a leſiōibus opationū: ⁊ vult p̄ hoc ēt leſiōes iuuamētoꝝ. Iuuamētū. n. ad opationē eſt q̄ſi quedā opatio: aut ab egeſtiōibus aut a doloribus aut tumoribus p̄ter nām: dicit aūt p̄ter nām: q2 a tumoribus nālib⁹ q̄les ſūt p̄p pinguefcere ⁊ croſſeſcere ex impacto nutrimēto nihil ex egritudib⁹ occultoꝝ mēbroꝝ eſt cognoſcere: ſed ab his q̄ p̄ter nām quales q̄ ſunt ab apatibus ⁊ vētoſitatib⁹ ſicut poſt dicet. ¶ Nō ſolum aūt a tumore p̄ter nām: ſed ēt a detumiatiōe nālis tumoris ē egritudinē cognoſcere: ſed h̄ ſignū iā dcm̄ eſt ſupra cū docuit ſigna apparētiū egrotoꝝ ſumi a magnitudie: ſed quot ſint ſpēs ſiue modi leſiōis opationū ⁊ egeſtionū ⁊ doloꝝ ⁊ tumoꝝ p̄ter nām nō eſt opus hoc dicere: cū ipſe ſubſeq̄nter dicturus ſit. ¶ Et ē hic attētiōe dignū qd̄ Gal. in declaratiōe ſignoꝝ corporis egri vt nūc nō ſeruat modū quē ſeruauit in declaratiōe ſignoꝝ corporis egri ſimplr̄. ibi. n. dixit ſigna lapſus eius ſm q̄llibet ꝯplonem apud p̄ma genera mēbroꝝ: hic aūt nō dixit ſigna lapſus eius ſ3 q̄libet egritudinē ꝯplonis cōpoſitionis ⁊ vnitatis apud p̄ma genera mēbroꝝ: ꝯtētus eſt nō dicere q̄dē ſola ſignoꝝ genera q̄bus ē deuenire in cognitionem oīs egritudinis intrinſecoꝝ mēbroꝝ: quecūq3 ſit egritudo: ⁊ cuiuſcūq3 ſit mēbri nō adaptādo ſignū egritudini. Si tn̄ ſicut adaptauit ibi ſigna p̄ ſpēs lapſuū oīs generis mēbroꝝ: ita h̄ ſpēs ſignoꝝ adaptat p̄ ſpēs mēbroꝝ nō p̄ ſpēs lapſuum. ¶ Et cā huius nō eſt alia q̄3 acq̄ſitio ex h̄ maioris cōpēdij circa qd̄ laborat hec doctrina. Quō aūt quodl3 iſtoꝝ oñdat mēbrū egrotū nō eſt difficile videre: nocita. n. opatio oñdit morbū ſicut imediatus effūs eius: eſt. n. morb⁹ cōpoſitio p̄ter nām nocēs opationi. Si g̃ ſciat̄ q̄ opatio leſa ſit ⁊ cuius mēbri ſit p̄ma opatio: iā certiſſime ſciatur q2 ex mēbris egrotet. nō tn̄ certiſſime q̄ egritudine: cu3 multis egritudibus vna opatio ledi poſſit: dicit. n. Gal. i lib. de morbis interioribus. q2 nulla actio corporis patitur nocumētū niſi mēbrū cui⁹ ē actio patiat̄: dolor ēt oñdit ipm̄: q2 nihil aliud eſt dolor q̄3 ſenſus ꝯtrarietatis morbi: vbi ergo dolor ibi egritudinē narrat. Si g̃ hēatur locoꝝ noticia ſciet̄ ēt ex h̄ mēbrū egrotās: nō tn̄ qua egritudie certiſſime: cū duplicem comitet̄ ſicut poſt dicet. ¶ Egeſtiones ēt oñdūt mēbrū egrotās p̄ hēre innaturalitatē q̄ſdā3 iuxta nām mēbri cuius ſunt egeſtiōes. ergo op3 preſcire que egeſtiones ſunt nāles, cui mēbro ⁊ cui innaturales. ¶ Tumor vero oñdit mēbrū egrotans intrinſecum penes locū vbi p3 in extrinſeco. Adhuc aūt ⁊ penes figurā tumoris: ad que oīa neceſſaria eſt anathomie mēbrorū agnitio ⁊ actionis eoꝝ ⁊ iuuamētī inueſtigatio.

Dubitabit autem aliq̄s circa leſiones opationis: q2 nō videt̄ ſemp oñdere mēbrū egrotās. aliqn̄. n. ſicut dixit Archigenes ledit̄ mēbri opatio mēbro nihil egrotāte cui⁹ ē opatio. ſicut accidit p̄p colligātiā alioꝝ infirmātiū vt qn̄ oculus patit̄ accñtia cataracte ex fumo capinoſo caput aſcēdente ex mā clauſa in ſtō que accñtia: q2 nō ſunt mā ſua in oculis: faciūt extimari q2 nulla ſit paſſio in eſſentia oculi: ſilr̄ quoq3 cū nihil patiente epigloto vox aufertur et mollificatione lacerti intra coſtas exiſtētis non inſuffiet ad ipſam aer q̄ eſt mā vocis: ſicut quoq3 cū digiti ſenſum amittūt p̄p p̄cuſſionē factā in initio dorſi, p̄hibēte deſcēſum virtutis ſenſibilis ad illos p̄ neruū inde p̄cedentē. ¶ Niſi eēt q2 p̄culdubio leſio operationis inuēta ſine infirmitate in eſſentia mēbri cuius ē opatio nunq̄3 bn̄ manifeſtat qd̄ ſit mēbrū egrotās cui medicinā op3 apponere niſi ſciat̄ mēbra colligātia potētis īprimere in ipſū ⁊ vn̄ ⁊ a quo qd̄ hēat ſuſcipere ad hoc vt eius opatio p̄ficiat̄: ſed tn̄ hic ſciēdū ē q2 eſſentia mēbri cuius operatio ledit̄ nō pōt oīno dici nō patiēs: cū aut ſuſcipit a ſibi colligato quod nō o3 ſuſcipere: aut cū nō ſuſcipit ab illo id qd̄ o3: maxime aūt dicet̄ pati ſi ſuſcipiat ab illo aliquid extraneū qd̄ non o3: ſicut oculi ſuſcipientes fumū capnoſum a ſtō paſſionē hn̄t que dr̄ repletio eorum de illo. ¶ Ex quo apparet q2 viſus inde nō ledit̄ niſi p̄ leſionē factā in ſubſtantia oculi: non tn̄ ſimplr̄ pōt dici q2 eſſentia digitoꝝ aliq̄d patiat̄ p̄ priuationē virtutis ab altero ad ipſos influentis: nec. n. ꝯplo nec cōpoſitio ipſoꝝ videtur imutata: ſed tn̄ qd̄ de virtute ſenſibili ſolet ad eos ſ3 curſum nāe venire nō venit: nō q̄dē q2 ex hoc vere dicātur infirmi: ſed fere mortui: quantū eſt ex parte p̄uatiōis talis virtutis ⁊ opis: ſicut lapidei vel depicti. h̄ excepto q2 remoto obſtaculo aptitudinem hn̄t iteꝝ eā recipiēdi quā lapidei hēre nō poſſunt. Quare dicemus q2 a tribus pōt fieri leſio opatiōis in mēbro opatiōi deputato. ¶ aut corruptiōe inſtrī cauſa mutationis ꝯplonis ſeu cōpoſitionis eius aut a corruptiōe mēbri iuuamētum facientis ad illā: aut a p̄hibitiōe aductus virtutis a principali cuius erat illā operationē p̄ncipalr̄ efficere: ſ3 ergo p̄mū modū membrū opationi deputatū eſt, p̄prie dictum egrotans: ſm vero ſcdm̄ inſtrumentale dr̄ egrotū ⁊ nō principale: ſm vero tertiū eſt egrotū illud tm̄ in quo eſt obſtaculū, p̄hibens aduentum virtutis ſiue illud ſit principium ſiue ortum a p̄ncipio: ex quo videtur q2 operatio nocita oñdit egritudinē ſed non membrum de neceſſitate.

Dubitabit aūt aliq̄s h̄ q2 Ga. ponit dolorē eē diuerſum genus ſigni a leſione opationis cū videat̄ ſub ea cōprehendi. videt̄. n. dolor eē leſio in ſenſu tactus. ¶ Niſi eēt q2 dolor ſine dubio non d3 p̄prie dici leſio in operatione tactus: non. n. eſt ablatio ſenſus quod eſt non ſentire aliquid ex his que op3: neq3 eſt debilis ſenſus qd̄ eſt non certe cōprehendere ipreſſionē factā a ſenſibili: neq3 eſt prauꝰ ſenſus qd̄ ē ſentire aliq̄d nullo p̄ſente ſenſibili: vt viſio muſcaꝝ volantiū cum nō ſint ⁊ auditus ſoni vbi nullus eſt

ſtrepitus: ⁊ hmōi: tot.n. modis dr̄ apud Gal. leſio ſenſitiue opationis: ſed eſt ſenſus rei nocentis: qꝛ ſupflue alterātis ⁊ corrūpentis armoniā organi eius: ex quo vr̄ ꝙ dolor nō ē leſio ſenſus: ſed eſt ſenſus ledētis: pp̄ qḋ neqꝫ cōprehendit oīno ſub leſiōe opatiōis: ſed eſt p ſe genus accñtiū ⁊ ſignoꝝ: ꝙ ipſe idē ſenſiſſe vr̄ in ſcḋa particula de morbis ⁊ accñtibus cū aſſignaret triplicē leſiōe opationis: que cuilibet ſenſui accidit ſubiūxit. Itē eſt quoddaꝫ aliud accñs qḋ ſoli tactui ꝯtingit vt dolor ⁊c̄. ¶ Sed diceret aliqs ꝙ triplex eſt tm̄ genus accñtiū comitātiū morbū: ſicut Gal. dicit tertia particula de mor. ⁊ acci. ſ. operatio virtutis imutata extiens a corpore imutatum: ⁊ qualitas corporis imutata: ſi ergo dolor eſt de genere accidētiū opꝫ ꝙ ad aliquod illoꝝ triū reducatur: ſed non reducit ad exiēs a corpore immutatū neqꝫ ad qualitateꝫ corporis imutatā: ergo opꝫ ꝙ reducat ad opationē corporis imutatā: ſed imutatio leſiōis opationis eſt leſio opationis: ergo dolor eſt leſio operationis: ſ̄; nos dicemus ad hoc reducibilis eſt ad genus imutate opatiōis: nō tm̄ ꝙ ſimpliciter poſſit dici imutata opatio cū de ꝯdōne ſenſus ſit poſſe ſentire tm̄ qḋ corrūpit q̄; ꝙ ſaluat armoniā eius: ſꝫ inquantū ſortaſſis talis opatio pōt dici leſa p ſentire ꝙ ledit ⁊ immutata a curſu nãe p eſſe preter nãm id quod apud dolorē efficit ſenſum. Et erit qdē hoc accñs ꝓportionale leſioni operationis q̄ dr̄ praua operatio: veſtigiū .n. intra albugineū ⁊ ventus apud aurē p̄ter nãm efficiunt auditū ⁊ viſum: ſicut cā doloris p̄ter nãm efficit tactū: ⁊ ſicut tale qḋ p̄ter nãm intus exn̄s facit imaginari apud viſum ⁊ auditū īpreſſionē fieri ab extra p aliqḋ ſiſile: ſic ⁊ cā doloris facit imaginari apud tactū ꝙ ipſa aſſimilet q̄nqꝫ diuerſis tāgibilib⁹: ſicut pꝫ in ſpēb⁹ doloris q̄s Ga. diſtinguit in ſuo lib. de morbis interioribus.

quod non hꝫ ꝓprie tp̄s fiendi mala namqꝫ complexio
diuerſa ſiue alteratio q̄ ab ea dr̄ cauſa illiꝰ. ſic nullo mō
adhuc exiſtentis: quēadmodū alteratio p̄cedens gene
rationē cā ḡnationis eſt: eſt. n. generatio in inſtanti tm̄:
vt in phiſicis ꝓbatum eſt: cū autē dico ꝙ mala complo
diuerſa alterat ānatā nō eſt intelligendaꝫ ꝙ attribuat
hoc ei niſi ex parte ſue cāe ſemper alterātis. non. n. ꝓꝑe
dr̄ ꝙ febris alteret complōnē naturalem: ſed cā febris:
febris. n. aut ē ipſa alteratio aut qualitas ad quam alte
ratio ꝯducit. ¶ Ad id ēt qḋ poſt dr̄ ꝙ effimerā ꝛ ethicā
contingat habere quatuor tēpora partes ſui. ꝛ ꝙ ex eis
augmentum eſt de neceſſitate habens cauſam augentē
d. cum quidaꝫ ꝙ cauſa augmenti effimere eſt illa eadē
que fuit cauſa p̄ncipij. que quāuis ceſſauerit: virtus
tamē violentie ſue derelinqtur corpori que eſt addens
diſcraſiam in illo donec durat eius robur: cum autem
incipit deficere incipit diſcraſia declinare. Et eſt quodā
mō ſimile iactui lapidum in quo: ſꝫ eſſet p̄mū iacens
a iactato: virtus tm̄ illa te violētie ſemper comitat iacta
tū que impulſionē ſemꝑ vlterius ꝓducit donec durat
robur eius: cū aūt deliteſcit ꝛ illa deficit q̄ꝫuis virtus il
la trāſmutat a mouentibus ſcḋo ꝛ 3ᵒ. tam in diſcraſia ꝑ
mēbra q̄ꝫ in lapide ꝑ aerē. Qḋ ſi dicat eis ex hoc diſcra
ſiam ſa tā hr̄e cāꝫ: dn̄t ꝙ hꝫ cāꝫ ſꝫ qd ſimplr autē non
hꝫ. ¶ Sed hoc nihil eſt qm̄ tale augmētū eſt locale ꝛ
nō qualitatiuū: qḋ quidē eſt intenſio caloris. vnḋ nec
p̄ncipium nec augmētū ſic accepta ſunt partes diſcra
ſie q̄ in toto: niſi inquantū accidit morbū diuidi corpo
ris diuiſione tantam dicentibus nobis albedinem quā
tum eſt ſuꝫ adhuc intenſio talis violentie alteratio
nis: ꝛ oīs violētus motus eſt in p̄ncipio q̄n coexiſtit eius
virtus primi mouentis ꝛ euiſdē remiſſio cum precedit
ecōtrario motui nāli: nobis aūt ſermo eſt de augmento
intēſiuo diſcraſie poſt p̄nm ꝯtingente ex intēſiōe cāe ſue.
¶ Propter qḋ ꝛ in meliorē diuertemꝰ viā dicētes egri
tudis facte nō ꝓꝑe poſſe quatuor tp̄a aſſignari. nō. n.
pōt tp̄s aſſignari niſi motui. eſt. n. mēſura motus: qua
re illa ſola egritudo que eſt paſſio diſtinguit in hec tp̄a
quare cū tp̄s pars morbi ponit tp̄s ꝑ motū ſicut ꝓꝑa
paſſio ꝑ ſubiecto. motus. n. de genere cōtinuoꝝ extēſus
in multas partes ē diuiſibilis: egritudinē aūt fientem
paſſionē ſupra diximus eē factaꝫ vero qualitatē. nemo
. n. ponet ſolutionē ꝯtinuitatis factā a cauſis p̄mitiuis
q̄ ceſſauerūt. ſꝫ pcuſſiōe vel caſu hr̄e quatuor tempora
ꝛ ſilr̄ alias egritudines factas: ſꝫ eas que hūtqꝫ cauſas
habēt efficiētes a q̄bus corpus patit: nūc vno mō: nūc
altero: nūc plus: nūc minus. vn̄ nec ethica pōt dici hr̄e
augmentū: q: tūc poneret in ea actio ꝛ paſſio ꝛ diuerſi
tas in cōplōne iter membra: quod Gal. negat i lib. ō cō
plexiōe diuerſa: niſi nos velimus minus ꝓꝑe loquētes
dicere p̄mā eius ſpēm eſſe eius principium: ſecundaꝫ
vero augmētū. tertiaꝫ aūt ſtatū: ſed tūc nō fiet diſtīctio
iſtoꝝ temporꝝ ſm̄ ꝑmutationē diſcraſie de minꝰ ad ma
ius: ſed penes apparitionem quorūdaꝫ accētuū ſm̄ fini
tionem diuerſaꝝ humiditatū corpꝛis q̄ calore cōſumit.

Propter quod rurſus dicemus ꝙ nec iſta q̄tuor tempora in oībus diſcraſijs fiē
tibus diſtinguunt ſm̄ ꝑmutationē diſcraſie de minus
ad maius ꝛ econuerſo. v. g. vt q: i p̄ncipio ꝯſuſa diſcraſie
corpus duobus numeret: in augmēto tribꝰ: in ſtatu q̄t
tuor: aut q: ſtatꝰ augmēti pꝛis ſit latitudis q̄ꝫ eiꝰ minū

Plus ſqꝫ com. n

in declīatione ꝑo iam cā deferueſcēte ſit reſſuxus retro per oēs illos numeros: ſed in ſolis morte inſercutibus excepto ꝙ l eis non eſt declinatio: ſꝫ augmētū ſolū poſt principiū donec occidūt: in diſcraſiis aūt ſictibus ex q̄bus ſaluari cōtingit nō eſt de neceſſitate diſtinctio tem poꝝ a tali per mutatione diſcraſie vel corꝑis in diſcraſia de minus ad magis: ⁊ econuerſo penes cāꝫ diſcraſiantē plus vel minus. qm̄ in eis aliqn̄ eſt dicere augmentum apud medicum non ab augmēto diſcraſie: ſꝫ accn̄tiuꝫ ſicut patebit primo q: aliquas egritudines dicūt medici ant ſemp augeri aut ſemp diminui aut ſemp ſtare: ⁊ ita ſolū vnū ꝫ hr̄e tꝑs penes alteratione corꝑis in diſcraſia ſicut de ſynocha oēs teſtanſ. ¶ Scđo ąt q: ꝯtinue poſt ꝑn̄ᵐ morbi ſalui nā incipit ſuperare cām atq; digerere: in ſtatu aūt digōneꝫ cōpleuit. ſicut pꝫ ex primo de criſi. vbi Gal. per apparitionē māifeſte digōnis docet diſcerni augmētū a principio ⁊ per apparitiōeꝫ cōplete digōnis docet diſcerni ſtatū ab augmēto in morbis ſaluis: ſꝫ cā quanto amplius ſupatur ⁊ cōuincit a nā: tāto minus agit in corpus: quare ſi penes cauſam diſcraſiātem magis ⁊ minus fieret diſtinctio tempoꝝ: poneremus ibi incipere declinatiōeꝫ vbi ponimus augmētum: ſed diſtinguunſ tꝑa penes apparitioneꝫ quoꝝūdaꝫ ſynthomatū ꝯtingit. n. augeri quedā accn̄tia in diſcraſia ſine augmēto diſcraſie: grā. ſ. reuocatiōis nature ad actioneꝫ in cāꝫ morbi: ⁊ ita nō ex morbo niſi per viam accn̄tis: quare diſtinguunſ tꝑa talis morbi a parte actionis nature in cauſam ſuā: qđ manifeſte innuit princeps quarto canonis cū. n. diffinit tꝑa febris non poſuit ea differre niſi a parte actionis nature in cām ſuā dicens: ꝙ ꝑn̄ᵐ eſt ex hora qua calor innatus ꝓuocaſ a mā ſubmerſa in mēbro tam diu donec nō apparet maturatiōi aut diuerſitati eius ꝯ rie maturatiōi veſtigiū. ⁊ augmentū: qđ eſt hora in qua mouetur caliditas inata ad reſiſtendum materie motu manifeſto: ⁊ apparet manifeſte ſignum digōnis aut ꝯ rium digōni: ⁊ ſtatus eſt hora in qua vehemens ſit pugna inter māꝫ ⁊ nāꝫ: ⁊ apparet victoria vnius earū ſup aliā: ⁊ declinatio qđ ē eſt hora qua calor innatus iam dominaſ māe ⁊ vincit eā: ⁊ exiſtit in ſeparatiōe ꝯgregationis ei⁹. ſ. rei poſt rē. ¶ Ex qbus diffinitiōibus duo ſequuntur ꝑᵐ eſt ꝙ hec q̄ttuor tꝑa nō diſtinguunſ in oībus febribus ſed ꝓpe in hūoralibus. ⁊ vlr in morbis hn̄tibus cās maxime humorales. ¶ Scđꝫ ē ꝙ tꝑa febris in ſaluandis diſtinguiſ ſm partialē ſupatiōeꝫ cāe diſcraſiantis ſcā a nā: ⁊ in morituris aūt diſtinguiſ ſꝫ partialē ſuperationē nāe factā a cā diſcraſiante: q̄re in primis accidit dicere augmētū nō ab augmēto diſcraſie ſꝫ accn̄tiū q̄rundā: in ſecūdis aūt ab augmēto tā diſcraſie q̄ꝫ accn̄tiū: ⁊ hoc eſt qđ Gal. dicit in cōmento ſup illo affor. (in choātibus morbis ⁊c̄.) ꝙ lꝫ i ſtatu morbi accidētia ſint fortiora: cāuſt oīa accidētia faciētē. ſ. morbū nō neceſſe eſt in ſtatu eē maiorē: in ſaluādis. n. minor ē ſicut dicū in ſtatu: cui⁹ cā nō ē alia q̄ꝫ ea quā ſupra īnuim⁹. ſ. ꝯpleta victoria nāe in ſtatu ſup cā morbificāte ⁊ diſcraſiāte. ſi. n. cā morbi debilior ē tūc ⁊ morbus obtuſior ⁊ mior ē.

Sed dicet aliquis nō eē veruꝫ ꝙ ſi ſit cā debilior: morb⁹ obtuſior. videm⁹. n. ꝙ ira diminutionē hn̄te: nō ꝓpterea diminuiſ effimera quā ira cauſauit. ¶ Ad qđ rn̄dēt aliq nō eē illud veꝝ in cāis primitiuis q̄ vicarie noianſ: quarū cū ſeparanſ remanet affectio: ſꝫ in cāis cōiunctis q̄ poſite ponūt egritudines abſciſe abſcidūt. Ego āt dico ꝙ nullius eēe abſciſio neceſſ: rio abſcidit id qđ erat ab ea factū ſꝫ ꝓſeruat a futuro qđ id ſit. aliter. n. nō diceret Gal. ira. vnāquāq; cāꝝ abſcindere prius oꝫ. deīde ⁊c̄. ꝓpter qđ antecedentes ⁊ coniūcte ſunt hoc modo vicarie ſiūt illuc: quāuis nec ille ꝓprie dicāſ primitiue: cū immediate cauſant morbū vt dixi: erit ergo veꝝ l ol diſcraſia ſiciente qualēcūq; hēat cām ſibi cōiunctam: ꝙ ad ei⁹. paulatinā ſuperationē ſeqtur paulatina morbi diminutio. Superaſ aūt a nā putredo aut ſꝫ ſe ſicut cuꝫ natura facit ceſſare putredinē a putrido aut per ſuperatiōeꝫ accidentis: vt qm̄ ſubtiliato hūore aut iaſo accidit putredinē ſequentē minoreꝫ eē. ¶ Qđ ſi q̄raſ quare tale tꝑs morbi dicaſ ſtatus augmenti: dicemus ꝙ augmentum ⁊ ſtatus augmenti in ſaluandis dr̄ nō ab intenſiōe diſcraſie ſed ab intenſione accidentium: ſicut dictum eſt. ¶ Qđ ſi dicat accidentia nō intendi niſi intenſiōe morbi: cum ſit ipſius effectus. Dōm eſt ꝙ ſicut dicit gal. in 3ª particula de morbis ⁊ accidētibus: quāuis palam ſit morbum cāꝫ eē oīum accidentium: tamē ⁊ accidētia actioni nature ſicut ⁊ actio nature accidentibus: quoꝝ accidentiū morbus non eſt cā niſi per accidens ſꝫ eſt cauſa actio nature ſtimulate ad aliquid fortiter agendum: ⁊ inde a multis aliis operibus ſuis reuocate. Ex quo accidit duplex genus accn̄tis. quoꝝ vnum eſt circa actionē ad quā declīat. 2ᵐ eſt circa alias actiōes quas derelinquit. ¶ Propter qđ notandū eſt ꝙ illa accn̄tia: quoruꝫ morbus per ſe ē cauſa debilitanſ in ſtatu ſaluādoꝝ cum morbus ī eo dbilior ⁊ obtuſior ſit. vt pꝫ i ſtatu pleureſis ſalue in quo: vt dicit ꝑnceps: tā dolor q̄ꝫ ſcreatus leuior eſt. ⁊ per ꝯñs febris: alia aūt accn̄tia que fiunt en ixione nāe circa diuiſionē ⁊ excretiōeꝫ cauſe ſubito faciēdaꝫ ſicut in criſibus intendunſ: imo ſup oriunſ cū nō fuerit prius. ¶ Sed dicet adhuc aliqs veꝝ eē ꝙ pleſis in ſtatu q̄ reſoluiſ accn̄tia minoranſ: ſed in ſtatu eius q̄ trāſit in pus nō eſſe illud veꝝ. videſ. n. ſtatus eius circa generationē ſaniei: ſed ſicut dicit Hyp. circa generatiōeꝫ ſanie ei dolores ⁊ febres accidūt magis q̄ꝫ facta ſanie: q̄re intēduſ accidētia morbū ꝯcomitātia. ¶ Niſi eēt ꝙ in ſtatu morbi ſalui ſi eſt iam nā cōplete ſuperās cām oꝫ ō neceſſitate ꝙ generata ſanie ſit ſtatus apatis: ⁊ non cū ſit generatio: erit igiſ circa generatiōeꝫ augmētū ⁊ nō ſtatus. ¶ Qđ ſi dicat ēt in augmēto debere accidētia morbi ꝓpa proportionalr ad ſtatum diminui cuꝫ iam īcipiat cā ſuperari. ¶ Dicemus ꝙ pleſis que tranſit l pus nō dr̄ ſimplr ſalua ſicut q̄ reſoluiſ. nec. n. natura cōplete ſuperat cām q: in ſanie ꝯuertat ex quo accidit ſanari apa per dilacerationem mēbri: ⁊ ita per inductionē alterius morbi non multo minoris q̄ꝫ ſit apa. Adhuc etiaꝫ generatio ſaniei nō eſt a natura tm̄: ſed a morbo. quare intenſio accidētiuꝫ circa generationē eius erit ad ſimilitudinē intenſionis eoꝝ in augmento morbi mortiferi.

Sed dubitabit aliquis ex eo ꝙ gal. vocat egritudinē acutā: q̄ cū velocitate ſui motus ad ſtatū ē magna. cū. n. dicimus egritudinē velociter moueri ad ſtatū: nihil aliud videm⁹ intelligere niſi velocē motū corꝑis: que ē alteratio in vltimū augmētū egritudinis: acutū. n. ſicut dicit pħs in ſecūdo de aīa eſt qđ in breui tꝑe multū mouet ſenſum: ſiue dicaſ in voce. ſiue in ſapore: ſiue in tangibili. ꝑꝑ qđ egritudo acuta eſt que in breui tēpore multū afficit corpus cauſa velociter alterante illđ in multū ꝓpter qđ recte mouere ga. ait ꝙ egritudo acuta eſt que cuꝫ velocitate ſui finis eſt magna: que āt tarde moratur ad ſtatū ⁊ ſm partiū ꝯria eſt acute videſ ergo ꝙ velociter vel tarde moueri ad ſtatum nō ſit niſi maior quedaꝫ ⁊ minor intenſio morbi ꝯtinue facta a principio vſq; ad ſtatum velociter vel tarde. qđ ꝯ predeterminata eſſe videtur. ¶ Niſi eſſet ꝙ moueri ad ſtatuꝫ nō eſt ſemp per intenſionē diſcraſie: ſed per intenſionē accn̄tium que per accidēs ꝯtingit intendi nō ab intēſione diſcraſie: ſꝫ ſic dictū eſt vt in ſaluādis. afficiet ergo egritudo acuta corp⁹ in breui tēpore multū nō per velocē intēſionē ſui vſq; ad

ad ſtatum: ſed per velocem ſynthomatū ↄcomitationē: in morituris aūt nō eſt dū q̄ mouet ad ſtatū velociter vel tarde per intenſionē diſcraſie donec occidat. ¶ Nō lateat aūt q̄ impropria ē locutio dicere q̄ egritudo mouet ad ſtatū: nihil. n. mouet niſi corpus ſicut ꝓbatū ē in phicis niſi ſm accñs: q̄r oꝫ intelligere a medicis cum ħ dicunt nō q̄ egritudo: ſꝫ q̄ corpus egruꝫ mouet i ſtatu egritudinis. i. alterat in vltimā intēſionē egritudinis ⁊ ubi ſtatus corporis eſt ſtatus egritudinis ip̄ꝓꝑe dict⁹.

Sed licet hanc ſiñm teneamus de morbo in boꝛis ſuis/vſibus maniſeſte: tñ dicimus q̄ ħ particulares cuiuſcunq̄ꝫ ꝓrimi tā i ſaluādis q̄ꝫ in morituris diſtinguunt ſemꝑ a permutatione diſcraſie in plus vł minus. v. g. ꝓn^m paroxiſmi tertiāe eſt ab hora qua incipit frigus ⁊ rigoꝛ vſq̄ꝫ ad horaꝫ ſparſionis caliditatis in toto: augmentū autē qñ addit caliditas. ſtatus vero cū ſtat addita: declinatio vero cū minuit vſquequo eradicat: ſignū aūt q̄ in ſtatu paroxiſmi intenſioꝛ ſit caliditas q̄ꝫ in ꝓn⁹. eſt magnitudo pulſus ⁊ velocitas ⁊ frequētia ei⁹ ſuper eā que in ꝓn⁹ cui⁹ ſimile nō ↄtingit in ſaluādis in ſtatu vſi ꝑ cōparationē ad ꝓn^m vſe. niſi per viā accidētis cuꝫ in eo virtus nālis ⁊ ſpūalis cuſtodiant: qñ ſaluus eſt morbus ſīc Ga. dic. ¶ Sed circa hūc locū gdā dñt: q̄ lꝫ morbus i ſtatu vſi ſit debilioꝛ in ſaluādis per cōꝑationē ad virtuteꝫ. eo q̄ virtus iā ſit in fine ſuperationis cāe: morbus tñ foꝛtioꝛ eſt q̄ comparationē ad ſeipſuꝫ in ꝓn⁹. v. g. dicunt. n. q̄ in ſtatu pluribus numeris eſt lapſum corpus in eū q̄ꝫ in ꝓn⁹ ꝓpter longioꝛem durationē cāe ↄuertentis ⁊ alterantis. ſilr cuius inducunt de ſole dicētes q̄ caloꝛ intēſioꝛ ē q̄ꝫ qñ ſol eſt in leone, qñ eſt in cancro: lꝫ cā calefacie. ſ. ſolis exaltatio ſuper capita noſtra ſit minoꝛ qñ ē in leōe. Sꝫ in veritate impoſſe eſt q̄ morbus intēſioꝛ q̄ꝫ prius ſit debilioꝛ per cōparationē ad virtutē cū intēſioꝛ plus ledat operatiōes q̄ꝫ minus intenſus. amplioꝛ aūt leſio opatiōis eſt oñdēs maioꝛē ſubcūbitioneꝫ virtutis: ⁊ cū digō cāe ſit de opatione virtutis opoꝛteret hoc opus plus ⁊ magis ipediri: nō poſſet ḡ maioꝛe exñte morbo in ſtatu ad ſeipſuꝫ in ꝓn⁹ digō vnq̄ꝫ in ſtatu cōpleri: ſꝫ maniſeſtū q̄ cōplet in ſaluādis. ḡ morbus tūc ꝑ ↄpatione ad ſeipſuꝫ in ꝓn⁹ debilioꝛ eſt ⁊ obtuſioꝛ: nō tñ ob aliud q̄ꝫ ꝑꝑ ſuperatiōem cāe que in augmētū incepit initio. idq̄ꝫ ⁊ ad virtutē debilioꝛ ⁊ minoꝛ eſt indicandus: nō tñ ad quācūq̄ꝫ: ſed ad nālem ⁊ ſpūalē. ad alalem aūt foꝛtioꝛ cū tūc circa eā multa ⁊ foꝛtia fiant accñtia: lꝫ nō fiaut a morbo niſi ꝑ viā accñtis: vt dcm̄ eſt. ¶ Quaꝫ dicemus q̄ duratio cāe ↄuertētis nō ſufficit ad illud: qm̄ nā poſt ꝓn^m quanto amplius ſuperat cāꝫ tanto ampli⁹ ſuperat eius actionē ad cuius ſuperationeꝫ corpus cōpleſſione ſua nāli plus reſiſtit ⁊ minus ↄuertit rediēs ſemper in ſui nām quaſi iā dimiſſum ⁊ minus ipeditus: ſed accñtia tūc multiplicant ex actiōe nāe in cām morbi ⁊ econuerſo ſicut diximus: ſed maioꝛ caloꝛ ex ſole in leone q̄ꝫ in cancro nō tñ comitat durationē alteratiōis ſuꝑ capita quātum exñtiam eius in ſigno calido ⁊ domo ſua ⁊ ↄiūctionē ad cāculā ſicut volūt aſtrologi. adhuc aūt ignibilitatē aeris ꝓpter acquiſitam ſiccitatē. ¶ Sꝫ iā vř ex his q̄ vera morbi ſalui ōclinatio ſit ſubito poſt ꝓn^m: cū tñ diuulgatū ſit apud medicos eaꝫ eſſe poſt ſtatū quaſi motus corpoꝛis in morbū credat eē vſq̄ꝫ ad ſtatū poſt quē ſit motus eius ad ſanitatem que declinatio morbi dř. ¶ Ad qō dicemus nō reputāduꝫ eſſe hoc ꝑ incōueniētū: lapſus. n. corpoꝛis in morbū a quo q̄s ſanatur ē inchoās a ſanitate ⁊ pertrāſit ꝑ totā neutralitatis latitudinē vſq̄ꝫ in morbū durās ē vſq̄ꝫ i totū illō tꝑs q̄ dř morbi ꝓn^m ſicut vna ex quatuoꝛ diuulgatis partibꝫ ⁊ vſq̄ꝫ ad hāc horā ſubtiliter ↄſiderātes poſſem⁹ dicere.

ſam tria tꝑa preteriſſe illa. ſ. que penes cām plus ⁊ plus diſcraſiantē accipiunt: cū aūt nā incipiat abinde reſurgere ⁊ vigoꝛari ſuꝑ illud qō diſcraſiabat de neceſſitate incipiet ibi motus corpoꝛis ad ſanitatē: ⁊ poterit dici q̄ vera declinatio morbi inde icipit quo ad id: ſꝫ q̄ꝛ tꝑa ſicut iā diximus in talibus morbis apud medicum diſtinguūt nō ab hoc: ſed ab eo qō dcm̄ eſt dicet declinatio: qñ iam accidentia oīa deliteſcunt ex maniſeſto corpoꝛe reddita ad naturam: tanta aūt de his incidenter ħ dicta ſint.

Adhuc autem dubitabit aliq̄s de diſcraſia fiēte: cuius exēplū ponitur a Ga. infra putridā febris. de hac. n. diſcraſia dř q̄ hēat cām actu cauſantē: ſed cū eius ſit aliqd factū ⁊ futurū fieri: facti ā nulla ſit cā: futuri aūt fieri nulla ſit cā in actu. q̄ꝛ tūc cauſatum eēt in actu ⁊ non futuꝝ: videbit q̄ hec diſcraſia non hꝫ cām actu cauſantē. aut ſi putredo eſt cā diſcraſie fientis ⁊ nō eſt cā illius partis que facta eſt. erit cā partis future: ſed qō futurū eſt nō eſt. igit vř qō putredo ſit cauſa egritudinis que nō eſt. ¶ Adhuc aūt cā ↄiuncta ſicut dicit Joannitius eſt que donec eſt adeſt egritudo ⁊ dū abeſt abeſt ⁊ illa: ⁊ exēplificat ō putredine in febribus. ſi ḡ putredo ē cauſa diſcraſie q̄ adeſt dum ipſa putredo adeſt ⁊ non adeſt diſcraſia niſi q̄ ē facta: q̄ꝛ fientis ꝑ non adeſt niſi pars facta videbitur q̄ putredo ſit cā diſcraſie facte. ¶ Niſi eſſet q̄ futurū fieri duplex eſt. ſ. qō nondū incepit: ⁊ huius nulla eſt cā in actu cāns: ſed parata cauſare: ⁊ tale futurū qō nōdum incepit: ſed paratum eſt prodire in actu eſt diſcraſia que ſimplr dř futura fieri. ⁊ hoc non facit coꝛegrum vt nūc ſed neutruꝫ: vt nunc: eſt ⁊ aliud futurum fieri qō eſt in tranſitu ⁊ fluxu: cuius iam aliqd inchoauit: ſed q̄ꝛ non eſt perfectū dř futurū: ⁊ tale futuꝝ eſt ſub actu ipꝑfecto: ſicut motus dř actus iperfectus: ⁊ huius futuri qō ꝓpꝛie dř iam fiens eſt cā in actu cauſans: q̄ꝛ ⁊ ipſuꝫ cauſatum eſt aliquo modo, ſub actu: lꝫ iperfecto: ⁊ nō ē ſimplr futurū vel non ens: ſed ſm gd: qm̄. ſ. eſt fiens: cauſa autēꝫ talis fientis eſt dicta cā cōiuncta vt putredo febris. hec enim in actu cauſat ⁊ mouet: ab antecedēte aūt non ſit adhuc diſcraſia que ſit morbus: ſed ab ea eſt futura fieri illa que ſimplr dř futura fieri. facti autem ⁊ cāei ex fiente diſcraſia nulla eſt ſimplr cauſa ſicut dicebat. ¶ Ad illō vero qō dř q̄ putredo videtur cauſa diſcraſie facte tñ: q̄ꝛ dū adeſt: adeſt egritudo: ⁊ non adeſt niſi ea q̄ facta eſt ⁊c. dōm eſt q̄ res dř adeſſe duplr. ſ. ſm eē ꝑfectū ⁊ ſtabile: ⁊ tali eē nō adeſt niſi egritudo facta: ⁊ ſm eſſe fluēs ⁊ mobile: ⁊ tali eē adeſt egritudo fiēs: ꝑꝑ qō veꝝ erit putredinem eſſe cāꝫ fientis. ¶ Exēplū aūt qō poſuit Gal. de egritudine fiente nequāq̄ꝫ ē cōueniēs dicit. n. q̄ diſcraſia fiens eſt effimera ex opilatiōe. ſicut .n. dicit cuꝫ fictio ſit aliqd factū aliquid futuꝝū fieri. effimera erit ibi pars que facta eſt: putrida autē febris que ex opilatiōe pōt cauſari in poſteruꝫ erit ibi pars futura fieri: ⁊ ſilr dicit de apate qō per putrefactionē que in eo erit eſt cā febris future. dicit. n. q̄ apoſtema eſt pars facta. febris autē pars futuri fieri. ¶ Sed iſta nullo mō ſtare poſſūt. nam maniſeſtū eſt per ſe q̄ futurū ō fiente non differt ſpecie a facto illius. albedinis enim q̄ ſit ꝑ fieri nō differt a parte facta niſi per magis ⁊ minus: magis autem ⁊ minus non diuerſificant ſpeciem: ſꝫ febris putrida ē diuerſa ſpecie ab effimera ⁊ apoſtemate: ergo non poteſt eſſe pars futura fieri illius eiuſdē cuius illa facta. ¶ Quod ſi dicat effimeram ⁊ putridam vel apa a febrem eſſe vnam egritudinē compoſitā ex duabus: quarum vnam dicat factām aliam futuram fieri. ¶ Dicemus non fieri egritudinem compoſitam niſi ex talibus duabus: quarum quelibet eſt in actu. adhuc auteꝫ ex talibus duabus: quaꝝ neutra ē cauſa alterius. ſi cō/

poſitiones volumus proprie dicere eſt ergo effimera ex opilatione diſcraſia fiens: vt ſupra diximus ipſa. ſ. in ſe cōſiderata nō ꝯpoſitione putride que futura eſt ex opilatione: ⁊ ſiſi omne ꝗꝺ in ſe conſideratū eſt egritudo fiens ⁊ nō comparationem febris ab eo future: hoc aūt ideo qꝛ cauſam hꝫ efficientem. vt dictum eſt.

C Sed huius quidem vltime he quidez in preſeruante parte artis ſunt. he vero in ſalubri. prime vero diſcraſie omnium in curante parte ſola. Utrarūq; vero medie dicte ipe in preſeruante ⁊ curante. iam ſiquidem factaꝫ ⁊ exiſtentē egritudinem medicari oportet. Nondum vero exiſtentem futuram vero ex diſpoſitione que ſꝫ corpus prohibere fieri. Eius vero que adhuc fit qꝺ iam factum ſanare quod quidem futurū eſt ꝓhibere fieri.

cō.33. C Cum dedit diuiſionem cauſarum ſalubriū efficientium penes diuiſionē diſcraſiarꝫ oſtendit in qua pte artis vnaqueq; ſpecies illarum cāuſarum ꝯtineat. ⁊ dicit (ſꝫ huius ⁊c.) .i. ſꝫ cauſe ſalubres diſcraſie vltimo dicte. ſ. future fieri quedaꝫ ꝯtinentꝰ in parte artis que dr̄ preſeruatiua: cuius eſt ad ſolam cām intendere: quedam in parte artis que dr̄ conſeruatiua: ⁊ hoc intendebat per hoc ꝙ dicit. he vero in ſalubri. ꝓhibitio. n. eiꝰ duobꝰ modis pōt eſſe. ſ. abſciſiōe aptitudinis egrotandi vel conſeruatiōe preſentis diſpōnis in eodem ꝗ minus eſt ꝗꝫ egritudo cui innitꝰ aptitudo ꝑdicta. C Sed attende ꝙ cauſe conſeruatiue talis diſpōnis non ſunt de numero efficientiū cāuſarum: de qbus intendebatꝰ ꝫ niſi inquātū conſeruatiue ſunt de genere corrigentiuꝫ cauſarum: vt ſupra dixit: cōpetūt tn̄ ei inquantū talis diſpoſitio adhuc participat ſanitate. C Deinde dicit. (prime vō ⁊c.) .i. ſed cāe ſalubres diſcraſie pꝰ dicte. ſ. facte continentur in prima parte ſola artis que dr̄ curatiua. cuius ē ſoli egritudini remedium adhibere. C Deide dicit (vtrarumq; vero ⁊c.) .i. ſed cauſe artꝰ ſalubres diſcraſie dicte ī medio amborꝫ. ſ. fientis quedā continentꝰ in parte artis preſeruatiue a parte. ſ. eius: qꝺ de eo futurū eſt: quedam ī parte artis curatiue a parte. ſ. eius qꝺ de ea factū eſt. C Deinde cū dedit in qua parte artis contineantꝰ. oſtēdit cāꝫ harum ꝯtinentiarꝫ: ⁊ dicit (iam ſiqdem ⁊c.) .i. qꝛ iam factam ⁊ iam exiſtentem egritudinem: cuius nihil ſiēduꝫ reſtat eo ꝙ cauſam non hꝫ vllam vſq; adhuc efficientē oꝫ medicari ſolūmodo ſiue curare per id quod eā remouet tantum: ⁊ hec dicitur medicatio ſiue curatio abſolute. ⁊ pars artis hoc faciens dicitur medicatiua vel curatiua abſolute: que ſolius diſcraſie curaꝫ hꝫ quare cauſe ſalubres talis diſcraſie facte continentur in ſola pte artis curatiue. C Deinde dicit (nonduꝫ vō ⁊c.) .i. ſed diſcraſiā nondum exiſtentem ſm aliquam partem ſui futuram tamen fieri propter aliquaꝫ cām inuentam corpori parantem ⁊ diſponentem corpus ad eius receptionem: ⁊ hoc intendebat cum dicit (futuram vero ex diſpōne ⁊c.) oꝫ ꝓhibere fieri tātum per illud qꝺ remouet aptitudinem ꝑdictā: ⁊ hoc fit dupl'r vt diximus. ſ. abſciſione cāe aptatis ⁊ cōſeruatione preſentis diſpōnis ne vlterius labatꝰ: ⁊ harꝫ duarꝫ viarꝫ prima nō dr̄ abſolute curatio: ſed curatio cauſe antecedentis que proprie abſolute dr̄ preſeruatio: ⁊ pars artis hoc faciens dr̄ cōſeruatio: quare quedaꝫ cauſe ſalubres talis diſcraſie ꝯtinētur in parte artis preſeruatiua quedaꝫ in conſeruatiua. C Deinde dicit (eius vō ⁊c.) idest: ſed fientis diſcraſie: cuius aliqd eſt factum aliqd futurum fieri. oꝫ illō qꝺ factū eſt ſanare vel medicari ſiue curare ad ſimilitudineꝫ facte. futurꝫ vero ꝓhibeꝛ fieri ad ſimilitudinē future fieri: ⁊ hec dr̄ curatio nō abſolute: ſꝫ curatio cum preſeruatione: quare cauſe ſalubres huius diſcraſie quedam ſūt contente in parte artis curatiua quedam in parte artis preſeruatiua. C Huius autem ſimile dicebat in principio octaue particule terapeutice: cum ait. ꝙ ſi febris cā eius recedente firma permanſerit vna intētio erit in ea curanda idest ſolummodo refrigerare: hec eniꝫ erat diſcraſia quā hic factam vocant. ſi autem febris nondum firma extiterit: ſed firmari iam paulatim ⁊ latenter incipiat intentio noſtra erit eius cauſam tantum auferre. hec enim erat diſcraſia quam hic vocat futuram fieri. ſi autem febris partim ſit firma ⁊ partim iam firmari incipiat conuenit vt prius cauſam nondum firme partis abijciās. deinde quod firmū eſt refrigerando depellas. hec enim erit diſcraſia quam hic vocat fientem: ex hoc ergo māifeſte innuitur ꝙ diſcraſia facta nō habet cauſam: diſcraſia vero futura fieri habet antecedente tātū diſcraſia vero fiens hꝫ cōiunctam ſicut aliud extremuꝫ.

C Prohibetur igitur diſpoſitione in qua nata ē fieri ablata. Nomiatꝰ autez huiōi diſpoſitio cauſa precedens. Facta vero egritudo iā curabitur diſpoſitiōe a qua pīcipalr̄ que ſm naturam operatio ledit ſoluta quaꝫ ⁊ ipſam dicimus eſſe egritudinis cauſam. cō.34.

C Cū ōdit ꝙ diſcraſia aut eſt futura fieri. aut facta: aut ex his compoſita. ſ. fiens. ſcōꝫ quas diuiſit ſalubres cāas efficiētes ⁊ ꝙ futurā oꝫ ꝓhibere fieri: factā aūt curare oñdit qualiter vtrūq; iſtorꝫ fiat. (⁊ dicit ꝓhibetꝰ ⁊c.) .i. ergo diſcraſia futura fieri prohibetur fieri per ablationeꝫ diſpoſitionis ſm quaꝫ futura erat: que diſpoſitio. ſiē dicit nominatur cauſa precedens: ⁊ improprie dicitur cāa ꝑcedens diſpoſitio: ſed potius dicitꝰ diſponens. ſm eniꝫ eam accidit diſpoſitio corpori: per quā paratur ad receptionē egritudinis: vel forteſſis lꝫ humoralis cauſa dicatur proprie non diſpoſitio: ſed diſponens tamē ꝯplexionalis ⁊ cōpoſitiōalis cā poteſt dici diſpoſitio corporis ſm quam futurus erat morbus. ergo diſcraſia futura fieri prohibetur per ablationem cauſe: ſm quā futura erat: ſed cum diſcraſia futura fieri duplex ſit. ſ. illa cuius nondū aliquid inchoauit: ⁊ alia que ē pars fientis de vtraq; verum eſt quod dicit ꝙ prohibetur fieri ꝑ ablationem cauſe ſm quam eſt nata fieri.

Sed dubitabit aliquis de hoc ꝙ talē cām abſcindendā vocat cāꝫ precedentem quam alio nōie dicimus antecedētē. cā. n. antecedens niſi fiat coniuncta nunꝗ facit egritudinem ꝗ adhuc inchoauerit: ſed ſub neutralitate corpus reddit: quare videtꝰ ꝙ intelligitur de futura fieri ſm primum modū tantum: ſed hoc diſſonaret ei qꝺ immediate ꝑceſſit. cum enim dixiſſet: eius vō que adhuc fit ꝙ iā qdem factum eſt ſanum fieri futuruꝫ vero ꝓhibere fieri oportet ſubiunxit ꝯtinuo. ꝓhibetur ergo ⁊c. quaſi reſpōdere viſus ei qꝺ de fiente futurū eſt ⁊ factū ē. C Niſi eēt ꝙ verum eſt de vtraq; ſicut diximus nec diſtat in alio: niſi ꝙ diſcraſia futura fieri ſm primū modū nō hꝫ cām coniunctam: quia illa iam ponit egritudinem ⁊ corpus efficit vt nunc egrum: ſed habet antecedētem tantuꝫ ꝗ reddit corpus neutrū vt nūc: diſcraſia vero fiens habet aliquid antecedentis iam poſitum ſub coniuncta: a pte cuius cōiuncte dicitur fiens: cuius aliqd eſt factū ⁊ aliquid futurum fieri: ⁊ nihilominus adhuc remanet futura fieri ſecundū pᵐ moduꝫ quādiu aliqd cauſe antecedentis eſt non ſub coniuncta: ſed quando tota antecedens eſt ſub coniuncta. nūc diſcraſia eſt futura fieri ſecū dum 2ᵐ modum: ⁊ quo dicitur fiens: ⁊ quoniaꝫ maxie

videbatur

videbatur itendere de futura fieri que eſt pars fientis: eo q de cauſis ſalubribus eius diſcraſie q abſolute dicitur futura fieri circa finē libri locuturus eſt. ideo dicimus q per cauſam precedentem intelligimus etiā cōiunctam. n. ipſa. n. etiam precedit egritudinem ꝛ ſi nō tēpore ſicut ea que proprie dicitur antecedens: eo q poſita ponit egritudinem tamen natura precedit.

¶ Deinde dixit. (facta vero ꝛc̄.) ſed facta diſcraſia ſiue ſit illa que pars fientis vel que abſolute facta dicit̄ curabitur per ablatōes diſpōnis pn̄cipaliter. i. imediate ledētis operatiōes: que nihil aliud ē q̄ ipſa egritudo. nā egritudinis diffinitio. ſicut. Gal. dicit. 3ª particula de morbis ꝛ accidentibus eſt q egritudo eſt cōpoſitio vel diſpō pter nām pn̄cipalr̄ ledens operationem. cauſa. n. nō pn̄cipaliter ledit operationem i ſed mediante egritudine.

¶ Deinde dicit. (quā ꝛ ipſam ꝛc̄.) i. quā operationem leſiam vel quā operis leſionem dicimus eſſe cauſa egritudinis: ita q cauſa ſit ablatiui caſus. egritudo. n. eſt cā pn̄cipalis vel imediata leſe operatiōis: ſed alia trāſlatio corrupta ē in hoc loco. nam vbi nos habemus quā ꝛ ipſam ꝛc̄. ipſa hʒ ꝛ illa diſpoſitio ē pter egritudinem: ꝛ ſic videt̄ velle q diſpoſitio imediate ledēs operationē quā dic̄ auferri debere nō eſt egritudo ſed cauſa. ¶ Sʒ quoniam h̄ erat contra veritatē coegit Haly. exponere illū textū p ſubauditionē vnius aut duaꝝ dictionū vt diceret̄ ſic. facta vō egritudo curabitur ablata diſpoſitione a qua ſortiter diſpoſitio: a qua pn̄cipalr̄ que ſʒ naturam operatio leditur: ſed hec ſubauditio facit videri q hec egritudo facta habeat cauſam: ꝛ q eius curatio ſit per ablationē cauſe: ꝛ hoc eſt error non minor pore.

¶ Quidā quoqʒ noſtre trāſlatio ꝛ expoſitores conſentientes Haly. itelligunt per iſtud relatiuuʒ quā referri diſpoſitionē quā auferri opportere dic̄: ꝛ dicut quā ꝛ ipſam eſſe dicimus egritudinis cauſam facientes cām accuſatiui caſus: ꝛ quia cauſa talis nō eſt principalr̄ ledēs operationem: coguntur hic ſubintelligere qō Haly. ſubintellexit in ſuo textu. ideoqʒ incurrunt errorē nō minorē illo quē fugiunt. ¶ Nos aūt oſtendem⁹ aduerſus eos q egritudo facta nō hʒ cām efficientē: ꝛ ratione ꝛ auctoritate ipſius Gal. ex quo patebit q eoꝝ aditio non ē neceſſaria: quoniā id relatiuū quā nō refert diſpoſitionē: ſʒ referri qō diximus. Dico ḡ q cauſa efficiens nō ē niſi rei que eſt in termino vt generet̄ ꝛ fiat: ſed factum nō ē in termino vt generet̄ ꝛ fiat: ergo facti nō ē cā efficiens ꝛ hec ratio irrefragabilis eſt. auctoritas. n. Gal. ē paulo poſt: vbi dicit q ad inuentionē cauſarum ſalubriū que cunqʒ quidē cauſe ad iāʒ factaʒ egritudinē ſūt ſalubres rationē vtendum eſt q id qō eſt ſecūdū apparītiā dēterminatur ab eo qō ſm̄ virtutem: quecuqʒ vero cāe ad eam que adhuc ſit ipſa eadē: ꝛ adhuc ſm̄ quā inueniūtur egritudinis cauſe: ꝛ vult ſicut ibi dicemus q ad inuētionē cauſaruʒ ſalubriuʒ egritudinis facte: non oportet vti niſi diſtinctione quā determinat̄ caleſaciens vel infrigidās apparēter ab his que caleſaciunt illud ſʒ virtutem: q: cauenda ſunt facientia id apparenter tantū: ꝛ non dicit oportere vti ratione qua cauſe egritudis inueniūtur ſicut dicit id in fiente: dixiſſet aūt illud ſi egritudo facta cām haberet: aut ibi oīno eſſet diminutus ſermo eius. ſic ergo palam innuit q egritudo facta non habet cauſam efficientē: in libro quoqʒ de ingenio ſanitatis expreſſe hoc dixit: nec eſt opus immorari: quare expoſitio Haly. ꝛ ſequacium eius nullo modo puenies ē.

¶ Curatio vero vnum quidē habet modū ꝛ maxime communē intentionē ei. ſ. qō ſoluendū eſt contrariū. huius eniʒ generis ſūt omnes perficiētes ſaluteʒ cauſe ſecūdū partem vero ex ſingulis cōtrarijs. calide igit̄ diſpoſitiom frigida cauſa cōtraria eſt. frigide vō calida ꝛ alijs proportionaliter. Si eniʒ immoderatū omne pter naturā immoderatuʒ vō ſʒ naturā neceſſitas ē oē inmoderatū ab immoderato ſʒ cōtrariū ad moderatū reduci,

¶ Cum dedit q diſcraſiaʒ factam oportet curare. futuram vero fieri prohibere oſtēdit cauſas ſalubres vniuſcuiuſqʒ diſcraſie: ꝛ prius eas que ſimplicis generalib⁹ canonibus comprehendēdo: ꝛ huius primo cauſas ſalubres diſcraſie facte que ſimpliciter dicūtur curatiue: vt dictuʒ ē ſupra: ꝛ dicit (curatio. ꝛc̄.) i. poſtq̄ ē facta egritudo curabit̄ ablata diſpoſitione principaliter ledente operationem. ¶ Sciendum eſt q curatio que abſolute curatio dicitur que quidem vt ſcitum eſt appropriat̄ diſcraſie facte: eſt habens vnum modum: ꝛ huc. ſ. ſicut maxime communem canonem. ſ. oblationem cōtrarij eius qō eſt curandum ꝛ remouendū: ꝛ huius cauſa eſt q curatio eſt tranſmutatio quedā. oīs autē trāſmutatio eſt a contrario id autē qō eſt curandū: ꝛ remouēduʒ in habente diſcraſiā factam non eſt niſi ipſa diſpoſitio q̄ ē egritudo vel diſcraſia immediate ledens operationem. non enim indiget amotione cauſe quā non habet ergo ſolius diſcraſie contrarium offerendum erat. dicit autē maxime communem intentionem: quia hic canon extēditur non ſolum vniuerſaliter ad diſcraſias factas ſed ad reliquas oēs. ¶ Adhuc autē ꝛ ad egritudines compoſitionis ꝛ vnitatis ꝛ vniuerſaliter ad curationem ꝛ pſeruationem ſicut patebit: propter quod ſubiunxit. (huius enim ꝛc̄.) i. ꝛ bene dico maxime communē ꝛc̄. quia de hoc genere ſunt omnes cauſe efficientes ſanitateʒ. ſ. de genere contrarij eius quod ſoluendum eſt ſiue ſint que ſimpliciter dicuntur curatiue quales ſunt diſcraſie facte: ſiue que dicuntur curatiue cum preſeruatione q̄les ſunt aliarum duarum diſcraſiarum: immo etiā huius generis ſunt cauſe ſalubres egritudinum in natura compoſitionis ꝛ in nature cōmuni. ſ. tā fientiū q̄ factarū. ſ. q oēs debent eſſe contrarie ei quod ſoluendūʒ eſt illud autēʒ qō ſoluendū eſt in egrotantibus vt vniuerſaliter eſt dicere eſt qcqd eſt contra naturā. ſ. morb⁹ cauſa ꝛ accidens ꝛ hoꝝ omniuʒ abſciſio ſi recte cōſiderentur eſt adhibitione contrariū: a contrarijs enim omnia corrūpuntur ſi corruptibilia ſūt. ſoluitur eniʒ febris frigidis qm̄ ſit preter naturam calor: putredo autem refrigeratione ꝛ expiratione cum putridum ſit calidū cōſtrictionem ꝛ euentationem non habens. ¶ Item ꝛ cā cauſe ſic̄ humoris multitudo vel ſpiſſitudo vel viſcoſitas contrarijs ſuis remouetur. ſ. diminuente ſubtiliante ꝛ ſcidente: accidens quoqʒ vt reumatiſmus ꝛ vētris fluxus ꝛ ſimilia inquantū huius conſtrictionibus abſcinduntur ꝛ multa alia quoqʒ accidentia ſua habent oppoſita contraria quibus reprimuntur: vt dolor colice ſtupefacientibus a ſincopis febris acute potum vini puri. talia enim curātur quodāmodo accidentibus ꝛ ſi morboꝝ ſint augmētatiua. ita ergo māifeſtū eſt q principalis intentio curationis ſumitur ab eſſentia rei curande. vt ſit large curatio omnis rei contra naturaʒ abſciſio: quāuis ſecūdarie intētiones ſumantur ex complexione naturali ꝛ cōpoſitione ꝛ ſitu membri patiētis. adhuc autē ab aere vt infra patebit. ¶ Sed attendēdū eſt q cauſe ſalubres nō diſtinguuntur: niſi aut penes egritudinem tantū vt ad factam diſcraſiam aut penes cauſam tātum vt ad futuram aut penes vtranqʒ vt ad fientem: penes autem accidentia que ſequuntur egritudinem non recipiūt diſtinctionem: eo q accidentia non habent nec vere nec pprie

alias causas salubres ꝗ̄ eas q̄ sunt cause salubres egritudinum: q̄s ipsa comitant̄ quaꝝ amotione ⁊ ipsa amouētur: q̄ si aliquā do ꝓpter oppugnatōes morboꝝ repugnemus accidentibus: hoc non facimus inquantū ipsa sunt accidentia. nulla. n. intentio curationis sumit̄ ab accidentibus inquantū talia sunt. sicut Gal. dicit in libro ꝺ ingenio sani. sed inquantū contingit ipsa accidētia eē aut causas augmentatiuas morboꝝ: aut ꝟtutis defectiuas. ¶ Deinde cum dedit canonem cōem curationis approbat eū ⁊ dicit (Sm partē ⁊c̄.) i. sed curatio particulariū singularium discrasiaꝝ factaꝝ est ex singulis suis ꝯrijs. ¶ Deinde exemplificat id sicut concludens ⁊ dicit (calide ergo ⁊c̄.) i. igitur calide dispositioni que egritudo frigida causa est ꝯtraria ideoq̄ ⁊ est causa curans ⁊ sanitatē ꝓficiēs: ⁊ frigide calida. ⁊ similiter in alijs scilicet humide sicca: ⁊ sicce humida. ⁊ vult per causam sanitatis effectiuam que sumitur ex sex rebus non naturalibus ⁊ eis āncxis. ¶ Dicit autem Haly. q̄ cum Gal. dixit calide dispositioni frigida causa contraria est: potest per causam intelligere causam antecedentem ⁊ coniunctam egritudinis: ⁊ potest intelligere causam medicationis. ¶ Sed nescit quid dicat: quoniam cū hic exēplificaret c. nonē cōmunem curationis quā dixit esse ꝑ contrariū nō potest intelligere nisi causam medicationis que est effectiua sanitatis. ¶ Preterea quid eēt dicere calide dispositiōi frigida causa egritudinalis vł efficiēs egritudinē contraria est. causa. n. morbi contrariat̄ cause sicut morbus morbo potiꝰ ꝗ̄ causa morbo: vel econuerso. sicut aūt particularis curatio particulariū discrasiarū factaꝝ est ex singulis contrarijs earum: ita ꝑticularis preseruatio per abscisionem cause discrasiarum fiendarum est ex singulis contrarijs illarū causaꝝ: vt supra patuit. ¶ Deinde cum dixit curationē esse per contrariū: dat demonstrationē huius ⁊ dicit. (Si. n. ⁊c̄.) i. si id qđ est ꝓter nāꝫ. s. egrū vel egritudo est imoderatū ⁊ inequale ꝑ distantiā eius a medio nature saluatore. id aūt qđ ē sꝫ naturā. s. sanū vel sanitas ē moderatuꝫ ⁊ equale: moderamine. s. aut absoluto aut appropriato: qđ ē mediū extremorum: necesse est q̄ omne imoderatū reducat̄ ad moderatum per nihil aliud ꝗ̄ per id qđ est imoderatū sm ꝯrium quale est qđ tantundem est lapsum a moderamine moderate cause quātuꝫ corpus a suo moderamine ⁊ in contrariā partem: vt si imoderatū qđ est reducendum est calidū in tribus numeris q̄ imoderatuꝫ reducēs sit in frigidam in tribus numeris omni eodem modoq̄ diximus in causis reductiuis sola intellecta differentia quā supra assignauimus in ꝓncipio huius capituli: necēsse aūt erit ab hoc: quia si moderamen amissuꝫ eēt reuocabile per moderata. cum per illa fit ei ꝯseruatio. tunc cāe efficientes ⁊ cōseruantes vni ⁊ eidē essentie viderent̄: qđ est impossibile. ergo oportet reuocari per immoderatuꝫ: nō tamen ꝑ tale ad quale deuenit: qm̄ id est simile ad qđ se simpliciter non se habet. bene ergo ꝑ immoderatū contrariū. s. per id qđ est lapsum a moderamine cause sꝫ cōtrarium lapsum corporis: nec per imoderatuꝫ quātūcūq̄ distās a moderata causa in parte opposita lapsui corporis sed per tantundem distans cause ab illa in opposita qualitate quantū imoderantia corporis preter naturā seperata est a moderantia nāli. hoc enim tale equipotens est illi. ideoq̄ ⁊ vere contrarium: quare tunc ei occurret agēs in illud ⁊ cōtra patiens ab illo ad mediuꝫ reuocabit. lapsus autē plus vel minus eēt aut supfluēs aut deficiens ad reducendum ad medium nec proprie contrarium diceretur. sic ergo demonstratum est q̄ curatio non aliter ꝗ̄ ꝑ contrarium esse potest.

Sꝫ hic solet oppōi illud Aristo. q̄rto topicorū: qđ febri ⁊ optalmie nihil est contrariū: cuius simile poterit ⁊ quis dicere ꝺ omni morbo. si enim nihil est contrariū morbo. tunc curatio morbi aut est impossibilis aut nō ē per contrariū. ¶ Quoniam autem hoc verbum consueuit male intelligi a pluribus. ideo dicemus ad h̄ q̄ Arist. in illo loco ponit cōsiderationē topicam talē. considerandum inquit si est aliquid cōtrariū generi q̄ erat aliquid ꝯtrarium speciei sicut si vitio ē contraria virtus erit speciei vitij ꝯria species virtutis: vt auaritie largitas: deinde fert instantiaꝫ ad hanc considerationem inueniens eam nō esse vniuersaliter verā. nam egritudini contrariatur sanitas: ⁊ tn̄ febri ⁊ optalmie que sunt species egritudis nihil est cōtrarium: qđ intelligendū est q̄ nihil est eis ꝯtrariū de speciebus sanitatis: secūdū. n. ꝑdictaꝫ cōsiderationēꝫ oporteret q̄ cuilibꝫ speciei egritudinis responderet aliq̄ species sanitatis sibi contraria. hoc autem nō est ita: sꝫ sanitas vna existens in medio. s. extremoꝝ nō variata sm species: opponitur omni speciei morborū sicut mediuꝫ ad extrema. nam morbo in caliditate frigiditate hūiditate ⁊ siccitate, non est dare q̄ opponāt̄ diuerse species sanitatis: sed vna tantum sanitas que est tēperātia incōsimilibus oppōitur omnibus illis: sicut mediū ad extrema. sic ergo intelligendū est q̄ febri ⁊ optalmie nihil ē contrarium: quia nō est alicui eorum seu earū contraria sua species sanitatis: sed vna tm̄ ambobus ⁊ oibus alijs morbis. hoc autem nihil prohibet quin cōtraiet̄ eis causa curatiua: que tantū distat a sanitate ab vna ꝑte quantū egritudo ab altera: propter qđ eis contrariat̄ sicut extremum ad extremum. ¶ Oppositio autē que ad hoc solet fieri de scamonea que cuꝫ calida sit ⁊ sicca curare videt̄ tertiam: planam habet responsionem: quoniā non curat febreꝫ que est discrasia tacta. s. calidā et humidam vel ethicā: propter qđ non eligimus eam in curatiōe illaꝝ: sed eam que est discrasia ... ⁊ causam habens efficientē. s. tertianā: sꝫ nec hanc: vn̄ est discrasia: cuius est aliqđ factū curat nisi per accidens: causam. s. auferendo qua ablata corpus redit ad naturam suaꝫ: sed preseruat per se ab eo qđ deeā futuꝝ est fieri ablatōe efficiētis ꝓpter qđ est ꝓprie curans causam: nec hanc qdē inquantū est addens in causam putredinem vel caloreꝫ: sed in quantū est quātitate superfluentes ⁊ repletōes inducēs euacuando. n. eam repletum inanit: ⁊ hac intētione quodammodo sibi ꝯria est: ⁊ est cura per contrarium ⁊ nō per simile sicut videt̄. si preseruatio large curatio dicta sit. ¶ Quod aūt dicit ꝓnceps q̄ non omnis repletio neq̄ ois malitia ꝯplonis suo medicat̄ cōtrario ex euacuatione ⁊ oppōne: imo multotiēs sufficit multa regiminis bonitas: nō ꝯriat̄ ei qđ hic dictū est. nam regiminis bonitas in talibus ē ex his que lꝫ ex se nō diminuāt repletioneꝫ aut ꝯplonis malitiā: nō tn̄ augent eā. h̄ aūt regimē q̄ bonū vocat attiēt temperamēto: hoc aūt ꝟtutē ꝯfortat virtus autem cōfortata curat vtrāq̄ malitiā. est. n. ꝯfortatio ꝟtutis accn̄tale morbi curamentū. sic Gal. dicit in libro ꝺ igenio sani. nos aūt nō negamꝰ accn̄talē curationē posse eē nō ꝑ ꝯriuꝫ sicut iā supra inuimus. ¶ Sed dicet aliqs q̄ in omni spē curationis curās nō est nisi virtus. dic̄. n. ꝓnceps q̄ curās ē ꝟtus ⁊ nō medicꝰ: medicꝰ do fac̄ tm̄ ꝑuēire infra ad ꝟtutē. si ḡ ꝟtus semꝑ ē curās ⁊ nō medicꝰ nec medicia. tūc cura semꝑ est nō ꝑ ꝯrium ꝟtus. n. nō vr̄ hr̄e ꝯrietatē ad morbū vt dicat̄ frigida cū calida q̄. calā cū fridos morbos curat. calor. n. ⁊ frigus nō sūt q̄litates sibi ꝯe in corpore. ¶ Nisi ect q̄ duplex ē curāo. s. ꝓncipalr ⁊ istrumētaliter: ⁊ est ꝟtꝰ sicut faber ꝓncipalr fabricās ⁊ instrumētalr: est medicia sicut malleꝰ istrumentalr fabricās: qn̄ aūt Ga. dic̄ q̄ curās ꝺbeat eē ꝯriū curato itelligit de istrumentalr curāte ⁊ n̄ ꝓncipaliter. ꝟtus. n. ꝓpē nō ꝯtrariat̄ discrasie calide vel fride sic

videbatur

dicebatur. ¶ Poſſumus tamē dicere ꝙ aliquo mō cō‑
trariat eis inquantū ipſa eſt ſtās ſub temperamēto.tem
peramētū aūt ē mediū.mediū aūt vtriqʒ refragat extre
mo.vnde ⁊ ipſa eſt etiā pn̄m reuocatiōis ad temperamē
tum amiſſum:ſicut natura cui ⁊ ipſa ꝯiuncta eſt. ⁊ per
hūc modū aliqualr cuilibet ꝯtrariatur morbo. ¶ At‑
tēde tn̄ ꝙ pnceps non dicit ꝙ virtus curet ⁊ non medi
cina:ſed ꝙ virtus ⁊ nō medicus.medicus enim ſolū ex‑
terior eſt miniſter inſtrumētorū ſcilicet preparator.

Sed videndum ē h vtꝝ vtꝰ an medicina ꝑ ſe curat morbū: ⁊ ſciē
dū eſt ꝙ per ſe aliquādo opponit ad mediate:⁊ eſt tūc
idem dicere per ſe imediate ſeu nō per medium. aliquā
do vero opponitur ad per accñs.⁊ tunc eſt dicere per ſe
idem qḋ eſſentialiter.ſm ergo ꝙ per ſe opponitur ad ꝑ
accñs.Dōm eſt ꝙ vtraqʒ aliquo mō per ſe curāt. Nam
cū curare ſit alterare ⁊ mouere .hoc āt cadet in diffōne
vtriuſqʒ vtraqʒ dicet ꝑ ſe curās in pmo mō. dicendi per
ſe.virtus.n.eſt pncipium reuocationis ad temperamē‑
tū amiſſum : ſicut que eſt pn̄m primū motus ⁊ quietis
eius in quo eſt per ſe ⁊ non ꝑ accñs:medicina etiā eſt vt
Gal.dicit id cuius eſt alterare corpus humanū. vtraqʒ
ergo iſto mō poteſt dici per ſe curans : ſʒ in hoc differt:
quia virtus ſeu nā multotiens facit hoc ſine extrinſeco
adiuuamēto medici vel medicine:medicina aūt non fac
id ſine intrinſeco adiuuamēto nature.nā. n.ſemper eſt
directiua ipſius ⁊ vtens ipſa vt inſtrumento.ſm aūt ꝙ
per ſe oppōit ad mediū tunc cū vtus mediate medicia
curat curabit nō per ſe:ſed ꝑ aliud:medicina aūt faciet
id per ſe. ¶ Si aūt dicas ꝙ tunc nō debet dici vtus pn
cipale curans. ¶ Dicendū eſt ꝙ eſt ita pncipale ſicut
dirigēs ante qḋ nullū: ſʒ nō ē ita pncipale ꝙ imediatū.
his enim duobus modis dicebatur pncipale:ſcias tn̄ ꝙ
quādo virtus ſine exteriori inſtrumento curat ſimplr per
ſe curat.⁊ eſt tūc cura per contrariū nō ſimpliciter:ſʒ ſʒ
quid ꝑ modū quē diximus.regimen aūt tēperatum qḋ
diximus virtutē confortare ꝑ accidēs curat inquātū vir
tutem excitat reſiſtētē.⁊ ſuo modo cōtrariantē.⁊ ſimi
liter quicquid exiſtens non contrariū morbo curat illū
ꝑ accidere ſibi cōtrariū ad morbū.ſicut aqua frigida ali
quādo frigidū morbum curat ⁊c̄.huiuſmodi. Sʒ quo
niā tale contrariū plus oportuno datū nō ſolū reducit
ad temperamētū :ſed in oppoſitā partē cōuertit: q̄ enim
calidū morbū plus q̄ opʒ refrigerat: generat in corpe
morbū frigidū:ſicut Gal.dicit.ſciendū eſt medico nō ſo‑
lum qḋ cōtrariū cōpetit ad morbi curam:ſed quantum
quotiēs ⁊ quanto tēpore ſit donādū:ſicut dicit Gal.in
libro de īgenio ſanitatis.corpus īfirmum mutare neſci
mꝰ ab vna qualitate in aliā niſi terminus in quo ſigi cō
ueniat agnoſcat. ¶ Propter qḋ adiūcimꝰ ⁊ h ad hanc
breuiloquā eiꝰ ſummā dicentes ꝙ ſicut Gal.dicit.nona
particula de īngenio ſanitatis intētio curandi morbum
ſumit a trībꝰ:pmo.ſ.a morbo ſectido a cōplexiōe nāli ip
ſius corporis īfirmi.tertio ab aere nos circūdāte:qua‑
litas.n.egritudinalis cognita dat cognitiōem electiōis
q̄litatis medicine.ꝯgnitio āt cōplexiōis naturalis corpo
ris facit coniecturari quātitatē diſceſſus eiꝰ a tempera‑
mēto ſuo.ſicut ſi corpus ſit calidū ⁊ morbus frigidus
inuit magnitudinē diſceſſus a diſpōne naturali.ſi autē
ſit morbus calidus inuit paruitatē diſceſſus:⁊ ex h dat
cognitiōem electionis graduum medicine.⁊ oportune
etiam ceſſationis ab exhibitione medicine. ¶ Aer aūt
cognitus in ſui natura dat cognitionem vtrū oportent
addere vel minuere in quātitate vel gradibꝰ medicine ſu
pra vel infra quantitātē ⁊ gradum ꝓconceptū ex quā
titate lapſus corporis in morbū. quia enim ſine aere ni
hil actiōis noſtre vel morbi fieri pōt nec morbꝰ ſolui nec

ſanitas cuſtodiri: ꝓpter mixtionem cōtinue actionis ae
ris.ſ.cū ꝑꝰ actiōibus noſtris ⁊ morbi aſpiciendum ē cō
tinuo cuius ſit qualitatis in cura morborū ſic in cōſer‑
uatione ſanitatis.ſi.n.aer ē q̄litatis cōtrarie morbo fiet
aer vniū ex curātibꝰ.ſi aūt ſimilis erit cōfirmās morbū
⁊ ad curam inconueniēs:quando ergo frida ⁊ humida
morbo conueniunt:qꝛ.ſ.calidus ſit ⁊ ſiccus:aer ꝓ ca‑
lidus ſit ⁊ ſiccus:ſimilr morbo oportebit curā facere tā
to frigidiorē ⁊ humidiorē q̄ competeret morbo: q̄to
aer calidior ⁊ ſiccior eſt temperatō: quia cura noſtra hʒ
impugnare morbum ⁊ aerem . ſi aūt morbus frigidus
eſt ⁊ humidus in aere calido ⁊ ſicco.tunc cū aer ꝯtrarius
morbo ſit potentior omnibus rebus ad curā oportebit
tunc minus calidā ⁊ ſiccā facere medicinā quātō aer
in caliditatē ⁊ ſiccitatē cognoſcatur eſſe mutatus.h aūt
nullo modo contradicit canoni ſupradicto.nā augmē‑
tum vel diminutio in gradu medicie vltra vel citra exi‑
gētiam morbi corrigitur ſiue recompenſatur ab aere.

¶ Manifeſtū vero ſecundū virtutē non
apparitionē calefaciens ⁊ infrigidans:⁊ q̄‑
cūqʒ alia huiuſmodi accipiendū eſt.dico āt
ſecundū virtutē qḋ eſſentialiter ⁊ vere eſt
vt dicitur:ſecundum apparitionē vero qḋ
ſecundum preſentē ſenſum huiuſmodi eē
videt.Eſſentialiter vero non exiſtēs huiuſ‑
modi.Quomodo vero oportet cognoſcere
ea ī negocio de ſimplicibꝰ farmacijs dicū ē. cō.36.

¶ Cum vero dedit cānonē curationis dicens vſr cam
fieri ꝑ cōtrariū eius qḋ ſoluendū eſt.āmonet cautelam
quādā in electione cōtrarij ⁊ dicit.(manifeſtū vo ⁊c̄.)
.i.⁊ manifeſtū eſt ꝑ ſe ꝙ ad curatōem opʒ eligere calefa‑
ciens ⁊ infrigidans humectās ⁊ exiccans ⁊ q̄cūqʒ alia
huiōi faciens vt ſubtilians ⁊ incidens aperiens ⁊ abſter‑
gēs:⁊ vlr contrariū alterās ⁊ ſoluens ꝙ ſoluendū eſt
ſm virtutem quam in ſe habet:⁊ nō ſecūdū appꝛitio
nē.ver.gratia vt calefaciens ſm virtutem quā in ſe ha
bet ⁊ non ſecundum apparitionem ſicut ſm accidens
faciens videri qḋ non eſt. ¶ Deinde exponit dictiōnē
ſuam ſm vtutē ⁊ ſʒ apparitionē ⁊ dicit(dico aūt ⁊c̄.)
.i.⁊ voco calefaciēs ⁊ infrigidās ſm vtutē qḋ facit illud
per potētiā eſſentialr ei inherentē hoc faciendi.hec.n.ē
virtus ſua:⁊ non per potentiā inherētem ei ab accñti q̄
eſt virtus alterius:⁊ de quo verum eſt ſemꝑ qḋ ſic facit
⁊ nō ſolū aliquādo apparens verū:qꝛ eſſentialia comi‑
tant ſemper:ſed calefaciens ⁊ infrigidās ſm apparitio‑
nē voco illud qḋ videt facere quātum ad ſenſum pſen‑
tem:ſed nō facit illud ſm veritatē neqʒ ſemper quia eſt
ei accñtale nō eſſentiale ſic calefacere vel īfrigidare .id
enim quod res efficit nō ꝑ ſe:ſed per accñs nō efficit il‑
lud ſm veritatē:ſed efficit aliqd alterū qḋ accidebat ac‑
tōi ſue vt poſt apparebit. ¶ Adhuc autē nec efficit ita
ſemꝑ:qꝛ id quod eſt ſʒ accñs eſt aliqñ tantū:eo ꝙ pꝛin
cipium ſic eueniēdi ē extra rē cui videt attribui. ¶ De‑
inde qꝛ nō erat huiꝰ negocij docere diſcretiōem hoꝝ re
mittit ad librū ſuū ad quē huiꝰ rei ſpectat examē:⁊ dicit
(quō vo ⁊c̄.).i.ſed qualr diſcernat illud quod calefacit
vel īfrigidat ꝑ vtutē ſuā ab illo quod fac̄ illud ex vīa ac
cñtis dcm̄ ē in lib.de ſimplicibꝰ medicis.in pmis.ſ.5.trā
ctatibꝰ eiꝰ:adhuc aūt ⁊ in 3º lib.ſuo de ꝯplexiōibꝰ circa
finē.monuit aūt h gal.ne accidat nos decipi in cura vi
ſcraſiaꝝ exhibitiōe calefaciētiū vel infrigidantiū ſm ap‑
paritiōem:nā qꝛ eſt talia plus nocere per ſe q̄ ꝓferre ꝑ ac‑
cñs.adhuc autem qꝛ nec iſtud accñs euenit ſemper ita.
¶ Sed dicamꝰ h exemplificantes ⁊ nos de vtriſqʒ q̄lr di

ſcematur ad inuicē: dico ergo q̄ exemplū calefacientis per virtutē ſuam eſſentialē eſt exemplū de fenugreco ſup aliqō membroꝝ: calefacientis aūt ſ3 apparitiões: q2 ex via accidētis eſt effuſio aque fride ſup corp⁹: exemplū aūt infrigidantis per v̄tutē eēntialē eſt obuiatio aq alicui mēbroꝝ. infrigidantis per accñs eſt exemplū de fenugreco ſup flegmonē id ergo calefacit per v̄tutē ſuā cui hoc ineſt facere p ſe q2 eēntiam comitaē ipſius ꝛ non accidit id ei extrinſecus via āt cognoſcēdi id ē experimētū. rōcinano. n. ſup hoc debilis eſt: ꝛ oio inſufficiens experimētum aūt nō certificat nos niſi poſt obſeruatione hāꝝ cōditionū. ſ. vt experiamur rē ſimplicē: ꝛ vacuā a qualitate acqſita: ꝛ in corpe humano tm̄: ꝛ hūte egritudinē ſimplicē ꝛ ſingularē: ꝛ non excedētē v̄tutē gradus medicis experiamur ēt ea i ꝯrijs diſpōnibus. ¶ Et attēdamus quas via. ꝛ vñ operet opatione ſuā. ¶ Et his obſeruatis aſpiciamus vtꝝ faciat illud ſp aut ſepe: q2 res nāles: ꝛ eſſentiales, pcedūt a pncipijs ſuis aut ſp aut ſm plm̄: vt dcm̄ eſt in phyſicis: oppones aūt rei q̄ ſunt ex via accñtis ſunt raro. ¶ Item obſeruemus tps impreſſionis ſue. ſi. n. apparet in pmo cū adminiſtrat impreſſio ꝛ opatio eius tunc fiduciā faciet qō efficiat id p ſe ſi āt apparet poſt ſeparationē obuiationis. tūc extimat de ea q̄ efficiat illud per accñs. nā ſi p ſe efficeret opareē illud dū obuiat: impoſſe eſt. n. vt nō efficiat dū obuiat: ꝛ opereē dū nō obuiat aqua. n. frida corpori ſupinfuſa ꝯtinuo dū obuiat infrigidat ipm. ſi aūt calefacit hoc eſt in poſteꝝ ex via accñtis accñs aūt iſtud ſicut dicit Gal. in 3°. de ꝯplonibus eſt q2 aqua frida dū cutim infrigidat ſupficiem ꝯſtringit corporis ꝛ calorē inatū redire cogat in ꝓfundū ꝛ expirare ꝓhibet, coadunatus ḡ ꝛ expirare ꝓhibitus fortificaē: ꝛ ſiſ cum hoc paſcit ex humoribus qui ſunt i ꝓfundo corporis: ꝛ fit hoc ei ſecunda cā ꝯfortationis ſue: ꝯfortatus āt, ꝛ paſtus impetuoſe redit ad corporis ſupficiem ꝛ calefacit: accidit ḡ ad infrigidationem aque hec calefactio.

qō fabricatū eſt ſup illō os cōtractū ſit vel nō. ¶ Si.n. cōtractū tūc partes fracti oſſis nō ſīt ſibi inuicem oppoſite: ſiue ḡ exiuerit ad āterius ſiue ad poſterius ſiue ad dextrā ſiue ſiniſtrā os oꝫ vt ad ſuū locū reducaꝭ ⁊ replaſmeꝭ: hoc aūt nō fit ſine extēſiōe ⁊ pulſione q̄ in paruis mēbris manu ſola fiūt: in magnis cū manu ⁊ fune. Eſt ergo extēſio baſis reſtaurationis mēbri quātitate gdeꝫ decēti facta ne ſpaſmū vel mollicię īferat aut dolorē: aut apa: cauendū eſt ēt ne ī extremitatib⁹ fracti oſſis ſint q̄ſi dentes ⁊ fruſta: qbus nō decēter coaptatis in locis ſuis fiet ibi loc⁹ cōcauus in quo putredo coadunaꝭ ex qua in longo tpe totū mēbrū putrefiet: ꝓpter quod oꝫ ptes fractas ⁊ fortiter ī diuerſas ptes extēdere: ⁊ vnūquēqꝫ dentē ad ſuū locū reducere: deinde ligamētū extēdēs paulatim laxare: vt dentes in ſuis locis coaptēꝭ ⁊ ſuauiter manu tāgere: ne aliqō groſſum ibi remaneat eq̄ndo ſecūdū q̄ poſſe ē: poſt hoc aūt ligetur: ligamentū autem ſit mediocre.ſ. nō nimis ſtrictū: qꝛ dolorē generat neqꝫ nimis laxū: quia mēbrū ī ſua figura reſtauratū retinere nō valebit: ſit aūt ligamētū ex lato panno q̄ vtrāqꝫ ptem ꝯtineat: icipiat ergo ab īfirmo loco ꝓcedens vſqꝫ ad ſanas ptes hñs plumaciolos de ſtupa vel cotto ſecūdū neceſſitatē coeq̄tiōis mēbri: ſit āt ſtrictior ī loco īfirmo: latior aūt cū ꝑuenit ad ſanū: vt humores exprimat ad locū ſanū ex quo ſecurabitur ab apoſtemate: expſſio aūt ad ſuperiora magis fieri debet cuꝫ fuerit in pede vel ī manu qm̄ ab his locis plus effūditur d̄ humore ad locū īfirmū. Iubeatur aūt poſt h̄ q̄eſcere ſub ea figura q̄ īfirmus longo tpe pōt tolerare: non.n. fit ꝯſolidatio alicuius diſſoluti ſine q̄ete. ¶ Omni aūt die tertia ſoluaꝭ ligamētū ne ſiccitas mēbro aut pruritus eueniat ꝓpter ligaturā: ⁊ cōſidereꝭ locus: ſi.n. fuerit ibi pruritus q̄ cōſueuit euenire ꝓpter coopertura ⁊ ſtricturam loci pter ſolitū ꝓhibentē vapores ab illo diſſolui ⁊ loci euētari ſomenteꝭ locus cuꝫ aqua tepida donec mārodinē cognoueris diſſolutam eē. ¶ Quod ſi loc⁹ ex precedēti dolore icurrat calorē ⁊ ruborē ſuccuraꝭ ei cū lana ītincta ī oleo roſ.ā. ⁊ aceto donec ſit ſecuritas ab apoſtemate. ¶ Si āt locus ex ligamento ſiccitatē acq̄ſiuerit fomētabis ex aqua calida donec locū īflari ⁊ rubore videris qbus viſis abſcinde fomentū ne id qō attractū eſt reſoluaꝭ. ⁊ cōſtringe ēt tūc magis extrema ligature circa ptes ſanas vt nutrimētū exprimat ad locū īfirmū ſi nimis macrū ſit. ⁊ nō ecōuerſo ſicut fit qn̄ dubitam⁹ apa ī loco fracto: cū aūt ſecur⁹ fueris ab apate: qꝛ locū videas min⁹ carnoſuꝫ ⁊ minoris tumoris appones aſtellas de ferula vel abiete vel palma bñ dolatas ad rectificationē mēbri ⁊ firmationē fracture: ī ꝑncipio āt n̄ opꝫ cū aſtellis cōprimere cū apoſtemati ſit cauēdū poſt hāc ēt ſecuritatē dabis cibos ⁊ appones medicamīa de quorū natura ē adiuuare ad generationē pori de qbus ꝯuenienter fiet ſermo. ¶ Si v̄o fractura ſit in longitudine coaptabitur ⁊ ligabiꝭ ꝑ eundeꝫ modū q̄ dictus ē. Qō ſi pars oſſis extei ſ⁹ egreſſa fuerit iteri⁹ fortiter ē reducēda ⁊ forti ligamēto coſtringēda vt maneat. ¶ Sꝫ h̄ ſciēdū eſt q̄ ſi fractura ſine vulnere cōtingat ī oſſib⁹ capitis ligamēta q̄ dixim⁹ cōuenire fracturis alioꝝ oſſiū nō pñt fieri ibi: q̄re māꝫ ad locū vētura nō poſſum⁹ cū expreſſiōe ꝑ ligamētū facta ꝓhibeꝭ: nec eā q̄ ibi ē expellere: q̄ duo ſi nō fiāt īpoſſibile ē oſſa fracta ſanari: ſic galienus dicit fieri. ſicut.n. ſi os brachij fractuꝫ fuerit vſqꝫ ad medullā niſi ligeꝭ vt diximus putrefiet medulla: deinde totū os: quod ēt plurimū euenire videm⁹ ēt ipo ligato vt oꝫ exñte: ita multo⁹ magis ꝯtigit oſſib⁹ ī capitis cū n̄ poſſint ligari vt oꝫ ſi ḡ ligamēto cōprimi n̄ pōt nec medicamē īuenīꝭ aliqō: quod talē poſſit efficere actionē: oꝫ nos de neceſſitate locū fracture ab oib⁹ q̄ ſup os ſūt diſcooperire vt poſſumus mūdare ⁊ deſiccare putredinē q̄ ibi adunatur donec ſecuri ſumus q̄ apoſtema nō fiat: donec ēt locus q̄ſcere ⁊ ꝯuenienter deſiccari ceperit: qbus viſis incipiemus locū cicatricare ⁊ carnē in eo reſtituere. ¶ Iſta ḡ ſunt medici opera pter nāe opus q̄ adiuuāt ad ligationē ſimplicis fracture nō cū vulnere cōpoſite: hec tm̄ a nobis videꝭ adiecta: ſed a Gal. reīta ta: qꝛ ⁊ ſilium opeꝝ ſententiā ꝑdixerat in cura ſolutiōis ꝑtis carnoſe: cōducere.n. ī idipm ⁊ cōducta conſeruaꝭ ⁊ vt nihil īter cidat ꝓuidere: ſubſtātiā ꝑtis q̄qꝫ ſanā cōſeruare: ſūt opera qbus indiget ōis ſimplex ſolutio continuitat ī cuiuſcūqꝫ mēbri: hec aūt ſimilia ſūt h̄ adiecta.

¶ Raro vero eſt huius paſſiōis generatio ſine cōpaſſione alteri⁹ mēbri. Sepiſſime.n. circūpoſiti muſculi cū alijs corporib⁹ cōpatiūtur fractis oſſib⁹. Itaqꝫ ⁊ intētio curationis duplex eſt altera quidem in oſſibus. altera vero in his circa ea corporib⁹. Hec q̄ gdē talis in carnoſarum ptium diſpoſitiōib⁹ cōplicatis diceꝭ: d̄ fracturis vero hic dicendū.

¶ Cū declarauit q̄ ligatio fracti oſſis eſt ex porotaricꝭ dclaret q̄liter adiuuādū ſit ad generationē pori qꝛ fracture ꝓpriū ē ſecūdū plurimū nō ſolā eſſe ſꝫ aliās cōponi morbis oñdit qbus intētionibus vtēdū ſit ad curam talis cōpoſitionis: ⁊ dicit (raro ⁊c̄.) i. ſed raro ē generatio fracture ſine cōpoſitiōe ⁊ cōpaſſiōe alioꝝ mēbroꝝ: vt plurimū.n. muſculi q̄ circumponunꭍ oſſibus ⁊ vene ⁊ arterie ⁊ pāniculi ⁊ hui⁹ īciduꝭ aut atteruꝭ cū oſſa franguntur. ¶ Deide dicit (itaqꝫ ⁊c̄.) i. igiꭍ intētio curatiōis huius morbi duplex erit. vna ſiq̄dē in oſſe: altera vero in corporib⁹ circa ipſum colliſis. ¶ Deide qꝛ nō erat huius capituli ꝓſeq̄ has ītentiones remittit ad ſequēs cuius eſt illas explicare: ⁊ dicit (⁊ in hoc q̄dem ⁊c̄.) ⁊ hec duplex intentio habēdi ī cura talis cōpoſitionis morboꝝ diceꭍ īfra in ſermone in cauſis ſalubribus morboꝝ compoſitoꝝ cuꝫ ſolutiōe ꝯtinuitatis in parte carnoſa: hic aūt de fracturis ſermo ꝯplēdus ē. ¶ Sed quoniam ibi nō exēplificat niſi d̄ cōpoſitione talium in parte carnoſa dicem⁹ ⁊ hic nos q̄ ſi attritio muſculi acciderit fracture in oſſe oꝫ cū ingenio reſtaurationis predicto ītēdere ad reductionē ꝯtinuitatis villoꝝ ruptorū in muſculo: ſꝫ quoniam talis attritio ſolet faceꝭ dolorē: dolor aūt prouocare reuma: hoc aūt efficere apa oportebit in ꝑmis flobotomare ⁊ purgare etiaꝫ ſi corpus cōtingit mūdū eſſe: ⁊ ad ꝯtrarium trahere: dolorē tn̄ ꝑus ſedabis qui reſiſtit tractiōi ad cōtrariū: deinde fridis ⁊ ſtipticis emplaſtrabis feſtine anteq̄ ſanguis ꝓperet ad locum. q̄ ſi ſanguis in loca ſoluta exiuerit reſoluaꝭ cuꝫ embrocis aquarū calidaꝝ: ⁊ cū medicis carminantib⁹ ſanguinem mortuum aut cum ſcalpellationibus ſi ꝓfundus fuerit ne in ſaniem ꝯuertaꝭ: poſt h̄ autem locū īdeſiccabis ſolidatiuis ⁊ cicatriçatiuis medicinis ſanieꝫ in loco fieri ꝓhibētibus. ¶ Ligature autem q̄ adminiſtranꭍ ſuper attritionē ſint ſimiles ſupradictis debent antē fieri ante apoſtemationē loci cū qbus ēt feſtinet. continuatio embrocarū: ⁊ figureꭍ membrū ad ſuperiora ſicut fit in fluxu ſanguis. quando autē apoſtemaꭍ membrum nō ſuffert niſi ligaturā equalē: ꝓpter quod opꝫ vt mediceꭍ tūc cū emplaſtris ⁊ embrocis. ¶ Si autē fuerit cū fractura vulnus in carne ꝯſiderādū ē ſi vuln⁹ ſit ſupra fracturā: an nō: ſi.n. nō fuerit ſupra fracturaꝫ incipiaꭍ cū ſtrictura a duob⁹ laterib⁹ vulneris: ⁊ dimittaꭍ vulnus diſcoopertū. ſꝫ tn̄ ſuper ipſum ſit tegmē ab aere: ſi aūt fuerit ſupra fracturā: tūc igenietur in figuratiōe ſtricture ita vt ſit poſſibile vulneri mūdificari ex oi

cō.52.

latere: ꝛ ſeparet parūper a vulnere cū preparatiōe cōue niēte ad illud: ꝛ infundantur puluilli in vino ſtiptico. ꝛ ponat ſup vulnus medicamē qđ opʒ ex conſolidatiuis huic etiā fracture medicine ſi. ce ꝯueniūt: ſicut dic̄ Hy. ℭ Si autem oportet aliquid de oſſe ſecari qđ reformari nō pōt: ſecet illud ante reſtaurationē ꝛ curā vulneris ſʒ ꝙ oportet. hec aūt omnia latius dicta ſunt i libro ſuꝑ cirurgiarum: hic vero in capitulo ꝛ concluſione ſicut at tinet diſſinitiue doctrine.

ℭ Qm̄ vero ꝛ harū curatio eſt ex poro: vt ꝟo hic fiat ꝓprij alimēti oſſis eſt opus. igit̄ opʒ ſuperfluitatem ad pori generationem ſubmitti nāe. Supfluitas ꝟo hec ꝛ quātitate ꝛ qualitate moderata eſſe debʒ: ꝓpterea de ductione indiget talē ꝛ tātū influētē ſangui nē oſſibus ꝓparāte ex quali ꝛ quāto fiat po rus. Quoniā vero pertranſit hic ꝑ foramina fracti oſſis attendere oʒ ei⁹ multitudinē ꝛ q̄ litatem ꝛ ita ficciorē facere adductionem vel magis humectantem. Que amplius in tera pentice facultatis litteris facta ſunt.

Cō.53. ℭ Cum declarauit duabus in gn̄e intētionibus vtēdū eſſe ad curā morbi compoſiti cū fractura: ꝛ nō gdē expli candis in h loco niſi prius cōpleat ſermo de fracturis re dit ad oſtendēdū generationē pori: ꝛ dicit (quoniā vero ꝛc̄.) .i. ſed quoniā curatio fracturaꝝ fit ex poro ſic̄ di. tū eſt: hic autē ꝓpter habere naturā ꝓpinquā forme oſſis habeat fieri ex ipſius oſſis alimēto ſicut etiā ſupra dixe rat: tunc niſi addatur nutrimento oſſis nō poterit ex ſo lito eius alimento os nutriri: ꝛ por⁹ generari q̄re opor tebit ad generationē pori adere in cibo oſſis ꝑ quātita tem qua poſſit generari porus nihil diminuto de oſſis alimento: ꝛ hoc itēdebat cum dicit. oʒ ſuperfluitatē ſub mitti nature: ſignum aūt ꝛ hoc bene dictum eſſe eſt ꝙ i cōualeſcētib⁹ ꝛ colericis tradatur pori generatio ꝑꝑ ſan guinis paucitatem ꝛ ſubtilitatem in eis.

ℭ Deīde cū dixit addendū eſſe in cibo ad pori gn̄atio nem oſtendit qualis debeat eſſe additio ꝛ dicit. (Sup fluitas hec vero ꝛc̄.) .i. ꝛ hec ſupfluitas ꝛ additio i cibo oſſis dʒ eſſe moderata in quātitate ꝛ q̄litate: ſed in q̄ti tate ꝑꝑ duo: videlʒ q: ſi fieret additio multa illius tunc aut eger eā digeret aut nō: ſi. n. digeret eā tunc por⁹ ſu pflue excreſceret: faceretqʒ cōpreſſionem in lacertis: ꝑꝑ qđ dixit Gal. in lib. terapē. methodi. ſepe inquirendū eſt porum vt ſi minus habere videat̄ in augmēto cibi⁹ ſub ueniat̄: ſi aūt plus opportuno ſubtrahat̄: ſi autē nō di gereret tunc malis inde ſuperaugmētatis humoribus multis modis impediret: ad hoc aūt ē nā eius qđ nō di geritur eſt nō ſpiſſum eſſe ſed tenue nutrimentum aūt tenue ꝛ aquoſū nō pōt eſſe mā generationis pori ſicut nec nutrimenti oſſis vt patebit: debet ergo hec additio moderata eſſe in quātitate vt virtuti. ſ. ꝓportionet̄ ꝛ po ro: ſʒ in qualitate moderata eſſe debet: per hoc aūt ꝙ ad ditus cibus fortaſſis habeat moderamē inter calorem ꝛ frigus humiditatē ꝛ ſiccitatē ne ſit cauſa diſtemperātie mēbri cuius eſt os: aut magis q: ſicut oʒ addere in quā titate cibi: ſed tn̄ moderate: ita oʒ addere in qualitate ci bi oſſibus homogenea. ſ. vt cū ſpiſſiorē ꝛ viſcoſiorē faci mus temperato cibo: ſed tn̄ moderate ſpiſſiorē: vt neqʒ ſit ab illo īproportionat⁹ virtuti digeſtiue neqʒ poro icō ueniēs neqʒ opilationib⁹ aptus: ſic ergo in quātitate ꝛ qualitate dʒ habere additionē moderatā vt virtuti gdē ꝓportionet̄ ꝛ poro: ſepe. n. nihil mali patit̄ ſtomach⁹ ꝛ tn̄ digerere nō valet: ſicut Gal. dicit ſexta ꝑticula d' mor

bo ꝛ acci. qđ cōtingit ſicut dicit aut per abundantiā ſu pfluam cibi: aut peſſimam eius q̄litates quibus in ꝓ portionalis exiſtit corꝑi ꝛ virtuti: licet ergo īdigeat plu ri cibo nō tn̄ tranſeunti ꝓportionē ad virtutē: lʒ ēt indi geat ſpiſſiori: nō tn̄ tantā habēte ſpiſſitudinē ꝙ opilet. ℭ Deinde cū dedit qualem oportea eſſe additionē cibi in quātitate ordinat ad hoc ſicut cōcludens qualē opor teat eſſe oblationē cibi ꝛ dicit (ꝓpterea ꝛc̄.) .i. ꝛ q: ſic dʒ eſſe moderata additio i quātitate ꝛ qualitate ꝓpterea i diget pori generatio oblatione cibi tantum ꝛ talem ſan guinē oſſi preparante ex quanto ꝛ quali fiat porus nil diminuto de oſſis nutrimento: ſuperadditio. n. tantum ꝛ tale preparans moderata erit. ℭ Sciēs autem hic ꝙ aliter nutritur os ꝛ aliter caro ex ſanguine: caro. n. pro pterea ꝙ eius complexio ſanguini eſt propinqua nō in diget multis conuerſionibus conuertere ſanguinē ad hoc vt ipſo nutriat̄: ſed continuo cum ſanguis ei occur rit in ipſam conuertit̄: os vero q: eius complexio a com plexione ſanguinis multum eſt remota ſi debeat ex ſan guine nutriri oportebit vt multis mutationibus ordi natim conuertat̄ in eius ſimilitudinem ꝑꝑ qđ natura fe cit oſſi foramē in quo alimentū eius tanto tempore mo ret̄ ꝙ in ſimilitudinē eius tranſire poſſit quod carni nō fecit. ℭ Poſt autem oſtendam⁹ ex quanto ꝛ quali ſan guine fiat porus dico ergo ꝙ cū fiat ex nutrimēto oſſis oʒ nutrimētū oſſis augeri ſicut di. tū eſt: ergo ex pluri ſanguine q̄ꝫ os pro ſui nutrimēto requirat: oſſi quidem exhibito fiet por⁹: ergo oportebit in toto ſanguine augmē tum facere per oblationē copioſi cibi bene nutriētis. Itē cum nutrimentū oſſis ſit ſpiſſum ꝛ terreſtre ſibi vnigene um in nā: ex eo autē qđ ſuperfluit de illo nutrimēto ha beat fieri porus: de ſpiſſo ſanguine fiet porus: qm̄ quo qʒ por⁹ hʒ extrēa dura fracti oſſis: qđ īpoſſibile e fieri ni ſi a viſcoſa mā ex viſcoſo ſanguine fiet por⁹: ergo oporte bit addere ſpiſſitudinē ꝛ viſcoſitatē in ſanguine: hoc au tem fiet per exhibitionem ciboꝝ aptitudinem habentiū ad talem ſanguinē de quoꝝ genere eſt panis de ſimula recenter factus ſorbitio de trinco facta cum aqua pluri ma donec ſit ſicut puls: ꝛ ex aīalibus caro porcina ꝛ vi tulina: caro quoqʒ annualis agni ꝛ generalr̄ pedes ꝛ ci pita ꝛ ventres ꝛ cutes aīalium: ꝛ vinum groſſum ſtipt cum: ꝛ ex fructibus caſtanee ꝛ hmōi: q̄ ad pori gn̄atio nem docentur exhiberi. ℭ Cauendū eſt autē ꝛ tunc ab ē qđ ſubtiliat ſanguinē ꝛ calefacit ſanguinē ꝛ ꝓhibet ipſū coagulari ſicut vinū ſubtile ꝛ res cōfortantes valde niſi oporteat porū diminuere vel circa vulnus vel apoſtema ꝓuidere: ſicut Gal. dicit: ſed quoniā ad talē additionē ci bi frequēter apparet indigeſtio ſtomachi epatis ꝛ vena rū: cōſideret medicus ſicut monet Hali. ꝛ egeſtionem ꝛ vrinā ex qbus adiſcat illud ꝛ addat quandoqʒ ꝛ minu at q̄nqʒ ſicut oportebit: ſuccurrens quidem ad illud cū cōfortatione digeſtionis cū oblatione ciborū quorū nu trimētū ſub pua q̄ntitate ſit multū q̄les ſt̄ aſſature ꝛ hͦi. ℭ Deide q: iſte ſanguis ſubmiſſus nāe ad pori gn̄atio nē cū deuenerit ad mēbrū cuiuſmodi eſt os fractū ſi fue rit minus vel vltra q̄ꝫ oʒ: aut alterius q̄litatis q̄ꝫ mēbro cōueniat alterat ipſum ac etiā porum: oſtendit quomō hoc cōſiderandū ꝛ qđ ſit faciēdū: ꝛ dicit (qm̄ vero ꝛc̄.) .i. ſed quoniā hic ſanguis quē ſubmittere oʒ nature ad generationē pori tranſit ad locū fracture ꝑ cōcauā fora mina fracti oſſis ad que nō ē deuenire niſi ꝑ venas mē bri cuius eſt os ꝛ vniuerſaliter per totum ipſum organi cū mēbrum: oʒ attendere multitudinē ꝛ qualitatem ſub miſſi ſanguinis: ꝛ ſi fuerit vltra vel citra q̄ꝫ oportet ipſum adequare multitudinē aut que excedit menſuram que ē decens attendens ꝑ ſupfluū excrementum pori ꝛ tumo rem totius mēbri organici cuius eſt os quibus cōpera tis factis

rio facies deductionē minorē in cibo: ꝯrīū aūt attendēs ex cōtrario: quo cōparato facies ꝯtrariū: ⁊ hoc quidem iacuit vt manifeſtū: quātitatē et ſanguinis attendens ꝑ ꝯſiderationē ēt eiuſdem mēbri organici cuius eſt os fractū: ſi enī poſt regimē quo tu regis egruz mēbrū fuerit decliue ad humiditatē facies deductionē cibi ſicciorē: ſi vo ad ſiccitatē facies humidiorē: nō quidez intētiōe faciēdi os durius vel mollius: qḋ ꝑꝑ ſui talem ſoliditatē nō poteſt illud ꝯſequi quātum ad ſenſum ſicut diximus in ſūma de ſignis: ſed intētiōe reuocādi membrū organicū cuius eſt os fractū ad naz ſuam ſi qñ vſu regiminis ſupradicti exiccatū vel humectatum fuerit. volebat etiaz per deductionē nō ſolū eaz que cibi: ſed etiā q̄ fomentorum ⁊ ligaminū cōpetentium ad humiditatez ⁊ ſiccitatem mēbri addendaz vel remouendam ſecundum modum quem ſuperius diximus.

℃ Deinde hec oīa ſicut in capitulo ⁊ cōcluſione tractata relinquēs adiecit vbi ſint querēda latius explicata: ⁊ dicit (que amplius ⁊c̄.) .i. que oīa amplius q̄ꝫ hic pertractata ſunt in doctrinis terapeutice methodi. ℃ Eſt aūt ⁊ hec ſciendū ꝙ ad generationē pori adiuuant nō ſolū cibi ⁊ regimen ſupradictū ſed etiaz medicine eidez loco emplaſtrate. quia .i. potius hꝫ ligare extrema fracture oſſis omnis medicina que inuiſcat ⁊ cōſtringit: ſi aliqḋ caloris habuerit adiuuabit ſanguinē hinus niāe ex qua porus efficit: que aūt eſt diſſolutiua diminuit eā ſi nimium excedat. cuſtodiēs autem eaz ſecundum modūz eſt medicina cicatrizatiua: ſicut dicit in lib. de ingenio ſanitatis. ℃ Reminiſcendū autē hic ꝙ eo canone quo in capitulo ſignorū ſumptorū a muſculis vſus eſt ad ſignuz hic vtitur ad cām. dixerat. n. ibi ꝙ humiditas nutrimentalis contenta in medijs regionibus membrorū conſimilū ſecundū multitudinem ⁊ paucitatē ſui tenuitatez ⁊ ſpiſſitudinem demonſtrat partē eſſe humidā vel ſiccaz: ſed quoniam non ſolū facit videri humidā vel ſiccam: ſꝫ ⁊ cauſat talem: tñ nec hoc nec illud valde apparēt circa partes ſolidas ⁊ primas. ideo dixit ibi ꝙ ipſas corporis partes vere ſolidas ⁊ primas ſicut oſſa ⁊ hmōi nō eſt poſſibile ꝑ talē humiditatē in eis contentam quantūcunq̄ fuerit tenuis ⁊ multa facere apparere vel eē humidiores quantum ad ſenſuz: ꝑꝑ id qḋ ibi diximus: reliquas aūtē partes poſſibile eſt ⁊ humectare ⁊ ſiccare ꝑ illam viam: quia ſicut ibi dixi: ſꝫ medicis replere illas medias regiones humiditate ſimili vel diſſimili ad ipſas partes propter deductionem talem cibi aut talem: propter qḋ ibi ꝓmiſit ſe dicturum illū . ꝯtionez cōez oīs ꝑnis in ſanorū ⁊ egrorū cauſarū doctrina: qḋ quidem executus eſt.

℃ Nerui vo ⁊ thenantos punctura ꝑꝑ plurimū ſenſum: ⁊ ꝑꝑ hoc ꝙ cōtinua eſt ad principiū particula parata eſt aduocare ſpaſmos. ⁊ maxīe cuz nō reſpiret ad exterius excecata cutis ꝑforatiōe. hanc igiť aperire oportet ⁊ exiccare ſubſtātia leptomeri pertranſire potenti ad ꝓfundū vſq̄ ad perforatum neruū. Dictum eſt autem de hoc perfecte in terapētice facultatis litteris.

co. 54. ℃ Cum declarauit cās ſalubres ſimplicis ſolutiōis cōtinuitatis in mēbris mollibus ⁊ duris: declarat cās ſalubres ſimplicis ſolutionis cōtinuitatis in mēbris medioribus. ſ. neruis ⁊ cordis: vt ex his tribus gñibus membrorū habeanť in capitulo ⁊ ꝯcluſiōe cauſe ſalubres ſolutiōis ꝯtinuitatis in oībus mēbris: ⁊ q: taliū mēbrorū punctura eſt magis ſimplex ſolutio ꝯtinuitatis q̄ in eis cōtingere poſſit ꝑꝑ locari in ꝓfundo corporis ad quod nō attingit ſolutio ſine ea que ſuper ſtantiū membrorū quāuis ⁊ cum hac ſit modica ſolutio cōtinuitatis cutis ⁊ carnis nō faciēs leſionem: de qua ſit curādū: ideo de ea ſicut in exemplo oſtendit cauſas ſalubres ⁊ dicit (Nerui vo ⁊c̄.) .i. ſed puncture nerui ⁊ chorde cū ſtilo vel acuto gladio ⁊ ſimilibus facta parata eſt inducere ſpaſmus ꝓpter duo. ſ. ꝓpter habere has particulas plurimū ſenſum: ⁊ ꝓpter cōtinuari ad principium. ſ. cerebrum ⁊ volebat per thenantos cordā. ℃ Per neruū aūt eū qui ſenſibilis nō qui motiuus tantū: influit autē frequenter per eundē neruū: ſimul ſenſus ⁊ motus: ſicut dictum eſt ſupra: habet autē plurimū ſenſuz quia neruus aut eſt organum tactus aut principalior pars in organo. ℃ Chorda aūt nerui habet virtutē: ex quo cōtingit dolorem magis ſentire ⁊ ex hoc magis refugere qḋ ledit ⁊ inde magis cōtrahi ⁊ ſpaſmari: nō quidem ꝙ cōtractio nerui ſenſibilis ab eo ꝙ ſenſibilis tm̄ ſit ſpaſmus partis: cū ſpaſmus ſit leſio in motu ⁊ nō in ſenſu: ſed aut quia ipſe idē ſit ēt motiuus: aut quia ꝑ puncturā eius totus lacertus cōtrahitur. ℃ Continuatio autez harū ad cerebrum ex quo exhauriť eis ſenſus ⁊ motus efficiet ſpaſmū ꝓpter compati cerebrū ⁊ perinde alios neruos q ab eo oriunť. nō enīz eſt itētio Gal. ꝙ ſpaſmeť ſolus neruus punctus q: adhuc ſpaſmū nō adiuuaret ꝯtinuatio nerui ad cerebrum: ſed qḋ ſpaſmanť ēt alij nerui: ꝑꝑ compati ipſorū ad puncturā vnius: qḋ quidez ita fieri videmus. ℃ Ex q̄ quidē notabile eſt ꝙ cū nerui oēs compatiantur ad puncturam vnius: non ſit autē hoc ꝑꝑ omnes ramificari ab vno ſicut vene: oꝫ illud eē ꝑꝑ continuari omnes ad aliquod principiū vñ trahunt originē ⁊ virtutem: cū autem hoc nō ſit niſi cerebrū: oportet ꝙ cerebrū ſit ſicut radix eorū. ℃ Adhuc aūt ſi ſenſus cōtrarie cauſe in vno facit compati oēs per mediū cerebrū: oportet mediū cerebrū eſſe principiū vnde influitur eis ſenſus ⁊ motus: ſenſibilis ergo neruus cuz voluerit facit ſibi ꝑticipes in dolore ⁊ ꝯfratres ſicut ꝑ ꝑ rē cerebrū ꝯtinuos ex nīes ⁊ eiuſdez fere ſube. ℃ Et eſt hic notatione dignum: ꝙ punctura nerui ſenſibilis: quia facit compati alios neruos in ſenſu. ideo facit ſibi compati in motu: quo quidē refugit ꝙ ledebat: et oēs qui hūc refugiū motū patianť ſimul cuz cerebro: ſicut excutere a ſe conantes nocuum. ℃ Neq̄ etiā minus attentiōe dignū ꝙ pūctura nerui motiui nō inducit ſpaſmū: eo ꝙ cū nec ſenſu nō ꝯtrahiť: ſicut refugiens nociuū. ℃ Adhuc aūt q: nō eſt doloris ſuſceptiuus nō trāſmittit participiū doloris per mediū cerebrū ad ꝯfratres: ſed ſicut ſpectantib⁹ nobis apparuit in eo q apud ſpinā acuto gladio punctus fuit pūctura ipſi īduxit paraliſim: nō quidē mēbris que motū recipiūt ab alijs neruis: ſicut non compatientibus illis: ſed in his membris tm̄ ad que extēdiť neruus puncture: induxit autez eā in illo ſubito apud pedes ⁊ crura: ſicut ſubito īpediēs tranſitū virtutis motiue ꝑ illū: idem aūt ⁊ hoc facit ipſius reciſio atq̄ ſpinalis medulle nullo modo cōpatientibus que ſupra ſunt. ſ. in cerebro: nec aliqs neruus ꝑꝑ illud qḋ dictū eſt. ℃ Poſt hoc aūt ſciendū eſt ꝙ iſta duo. ſ. plurimus ſenſus nerui ⁊ chorde ⁊ continuatio eorū ad principiū nō ſolū adiuuant ꝓuocationē ſpaſmi apud puncturā ipſorū: ſed apud magis ſciſſuras: niſi qñ totaliť fuerint reciſa ſecunduz latitudinem in quibus nō eſt timor ſpaſmi ꝑꝑ iam nō cōtinuari cerebro neruū illū infra locū reciſionis: quare nec ſenſum ab illo recipere. igitur nec dolere nec ꝯtrahi partē ad ſuperiorē iā nō habere ꝯtinuationē aut lacertū: nec habere cecitatē ꝑforationis: ſeu dolorē ſtimulātē qualis eſt q a puncturis.

℃ Sꝫ pūcture nerui ⁊ chorde adhuc aliā hꝫ proprietatem prouocādi ſpaſmū ab alia malitia in qua nō cōicāt reliqua: quā ſubiūxit dicens (⁊ maxime ⁊c̄.) .i. ⁊ ma

ximē punctura parata eſt pp illa duo ꝓuocare ſpaſmuꝫ quia in tali pūcture ſordicies generata intra ꝯſtringit nequiens euadere pp ceciitateꝫ pſorationis cutis ⁊ carnis: hoc aūt auget ſtimulationē ⁊ dolorē q̄re ⁊ citius ꝓuocat ſpaſmū hec aūt ſicut tercia cauſa coadiuuans ꝓpria eſt pūcture ⁊ nō aliarū inciſionū. ¶ Quā ergo pūctura nerui ⁊ chorde periculoſa eſt timore comitantie ſpaſmi prius indigebit regimine doloris eū ꝓuocātis. ¶ Adhuc aūt ⁊ ſi ſpaſmus acciderit poſt feſtinatā ꝯſolidationē puncture iam qdeꝫ abſente dolore īdigebit ⁊ regimie ſpaſmi ipſi⁹: pp qḋ de ſpaſmo pauca diſſeram⁹.

de spasmo

Dico ergo q̄ ſpaſm⁹ ē accidens in ꝟtute motiua voluntaria: ⁊ dr̄ malus motus lacertoꝝ q: inuoluntaria retractio eoꝝ verſus principium ſuū cum inobediētia dilatationis: organum eius voluntarij motus eſt lacertus principalis aūt in eo particula cui principaliter debeť actio que eſt mot⁹ eſt neruus. Eius aūt ortus a cerebro ē ſicut a principio. ergo principium lacertoꝝ gratia nerui cerebꝝ exiſtit. quare verſus ipſuꝫ eſt cōtractio lacertorum gratia neruoꝝ ad ipſum retractorū apud ſuas leſiones. ad egritudines ergo nerui neceſſe eſt ledi actiōes lacerti ſꝫ nerū⁹ ⁊ vniuerſaliter omne neruoſuꝫ videť ꝯtrahi pp duo: ſicut dicit Hyp. ſ. repletiōe ⁊ inanitiōe qḋ in corigijs apparet. ſi eniꝫ in aqua infundanť replete humido cōtrahūť id eſt longitudine diminuunť. q: latitudine creſcunt. ſi aūt igni approximenť ſinita tunc earum humiditate cōtrahuntur in ſeipſas tā in longitudinem: q̄ꝫ latitudineꝫ diminute: hoc ēt in muſicoꝝ organorū chordis videmus nam ſi extenſis exiſtētib⁹ ponanť in domo humida aut in aere ſicciſſimo rūpunť: qḋ ideo ꝯtingit: q: aut magis replete: qḋ qdem ab humiditate aeris euenit: aut q: magis inanite q̄ ab aeris ſiccitate in breuius contrahunť quo nō dimiſſo rumpunť: pp q̄ muſici cum reponunt organa ſibus laxa dimittunt.

Sed inueſtigemus ħ vtrum inanitio ⁊ repletio ſint morbi an cāe morbi: vtrꝫ q̄ꝫ dicꝰ cāe ſpaſmi: ⁊ talis ꝯtractiōis ad has reducunť: ſicut viſuꝫ eſt Hyp. vt iiij. ſ. poſſit eſſe cauſa ſpaſmi niſi inaniat vel repleat neruum: ex hoc. n. notum ſiet vtrum ſint morbi vel cāe morboꝝ. ¶ Dico ergo q̄ videnť eſſe morbi apud Hyp. ⁊ Galienum ſibi conſentientem: quicquid enim imediate ledit operationem eſt morbus: ſed inanitio nerui ⁊ repletio apud eos imediate ſiue per ſe inducunt ſpaſmuꝫ: qui eſt leſio operationis. ergo ſunt morbi. Galienus ēt ſup illo aphoriſ. Spaſmus ex elle mortale: dicit q̄ omnis ſpaſmus ē ex inanitione vel repletione: conſentiens Hypocrati in illo. Et cum obijcit eī nō dixiſſe ſpaſmuꝫ ex mordicatione ⁊ punctione facta ab aliquo circa membra neruoſa: ſoluit ꝑ hoc q̄ dicit q̄ res pungitiua ⁊ mordicatiua deſiccatiua eſt ⁊ inanitiua. ¶ Adhuc aūt ſiccitas nō videtur ſpaſmare niſi per hoc q̄ inaniat nec humiditas niſi ꝑ hoc q̄ repleť: ſignum cuius eſt quia ſi humiditas fuerit nō repletionalis: ſed qualitatiua tantum nō ſpaſmabit quamuis ꝯcomitentur ſe inuicem inanitio ⁊ ſiccitas ⁊ repletio ⁊ humiditas. In oppoſituꝫ aūt huius videť q̄ inanitio ⁊ repletio ſunt de cauſis cōmunibus ſanitatis ⁊ egritudinis ſicut omnes aſſerunt medici in numero. vi. rerum nō nālium cōtente: ſed cauſa non ledit operationem niſi mediante morbo quem inducit. quare videtur q̄ inanitio ⁊ repletio inducāt ſpaſmum q: exiccāt ⁊ humectent neruuꝫ: ſiccitas aūt ⁊ humiditas per ſe faciant illum: cui conſonare videtur q̄ princeps vocat ſpaſmū humidum ſpaſmum ſiccum: quare ſpaſmabit etiam inanitio q: exiccat: repletio vero q: humectat. ¶ Adhuc autem frigidum videtur ſpaſmum ꝑcter q̄ inaniat vel repleat. ſ. conſtrictione ⁊ adunatione quadam lacerti, iuxta aphor. Hyp. frigidum ꝟo ſpaſmos ⁊ tetanos ⁊c. ¶ Adhuc aūt ⁊ omnis fuga nerui ab eo q̄ ledit videtur ſpecies quedā ſpaſmi: ⁊ tñ nō omne ledens neruū ē inaniēs vel replens ipſꝫ vt punctura que a ſtilo. ¶ Adhuc aūt ſingultus a comeſtione piperis eueniens ſpaſmus quidaꝫ eſt ſtomachi: ſicut Galienus dicit: ait eniꝫ q̄ ſi comederit quis piper ⁊ poſt potauerit vinū ſubtile cum aqua calida cadit ſtatim in ſingultum pp tranſduci piper a vino in ſubſtantiā ſtomachi ⁊ mordicare illam: ſed impoſſibile eſt piper ſic ſubito inaniſſe ſubſtantiam villoꝝ ſtomachi: q̄ ab hoc ſit ei neceſſaria contractio eueniens ſpaſmus eniꝫ ſiccus nō ſit ſubito: ergo cōtractio que tūc apparet euenit ei aut ſicut nāe fugientis aut ſicut excutere a ſe deſiderāti qḋ ledit. ¶ Similis ēt hinc videtur eſſe ſpaſmus eueniens ex mordicatiōe colere praſſine in ore ſtōi. ¶ Adhuc aūt epilepſia que eſt ſpaſmus vniuerſalis cum nō poſſit ab inanitiōe ⁊ ſiccitate cauſari: eo q̄ ſubito euenit: inanitio aūt ſpaſmans poſt tempus tñ: ⁊ q: cerebrū nō pōt conſequi ex ſiccitate vt ſpaſmetur quam prius homo moriať: oportet ſicut dicit ꝑnceps q̄ eueniat aut a repletione aut a cōtractione ⁊ fuga cerebri pp rem impedientem: erit ergo ſicut dicit cauſa eius aut repletio aut cōtractio cerebri ad expellendum nocumentuꝫ qḋ eſt aut vapor aut qualitas mordicatiua aut humectatiua male ſubſtantie aut venenoſe: repletio autē eſt aut ab humore aut vento opilantibus ventriculos cerebri: ſit ergo quidā modus epilepſie pp cōtractionē cerebri ad expellenduꝫ nociuum: ⁊ huius generis eſt ſternutatio que quidē ē parua epilepſia ſicut epilepſia fortis ſternutatio: nō eſt ergo omnis ſpaſmus videtur ab inanitione vel repletione neruorū ⁊ lacertoꝝ ſicut videbať Hypocrati.

¶ Nos aūt dicimus ad hoc inanitio ⁊ repletio ſunt immediate ⁊ ꝑ cauſe alicuius ſpaſmi: veruntamē nō cuiuſlibet: ⁊ q̄ ſiccitas ⁊ humiditas non ſpaſmat niſi ꝑ hoc q̄ inaniūt ⁊ replent ſicut dicebať: ſꝫ ſpaſmus a frigore nō videť de inanitione ⁊ repletione cōtingēs. cōtrahit eniꝫ frigus extenſa nō replēs nec inaniens. ¶ Qḋ ſi diceret quis: frigus eſt cōſtrictiuū humidi in ꝓfundo: pp ħ repletiuū. ¶ Poſſet quis ſicut repellens hoc ab oppoſito dicere q̄ ſimiliter eſt expreſſiuū humidi a ꝓfundo: ⁊ ꝑ hoc inaniēs pp hoc melius eſt dicere q̄ ſicut dilatat calidum per motū ex centro ſic cōtrahit frigus ꝑ motum ad centrum. ¶ Spaſmus etiam eueniens ex mordicatione aut punctura nerui nō eſt dicendus ex repletione vel inanitiōe maxime cū ipſe nō accidat in neruo mordicato ⁊ puncto tñ: ſed in alijs. nō eniꝫ poſſumus dicere q̄ talis mordicatio vł pūctura ſubito exiccāt ⁊ inaniāt totius corporis neruos: aut pp dolorē ſic ſubito attrahat ⁊ repleant eos humiditatibus: pp qḋ melius eſt dicere talem ſpaſmū eſſe ſicut fugam quandā ledētis aut impetuoſam quandā cōtractioneꝫ ad expellendū nocumentum: que quidē nō ſolū accidit apud neruū mordicatū ⁊ punctū: ſed apud omnes alios ꝓpter colligantiā in dolore: cōdolent eniꝫ ſibi inuicē ſicut colligationē ad ſeinuicem habētes ꝑ mediū cerebrū. veruntamē ſi dolor perſeueret nō eſt dubiū q̄ attrahit repletionē ⁊ apoſtema ⁊ ſiet ab hoc ſpaſmus ex repletione. ¶ Poſt ħ autē ad contrarietatem inductā de inanitione ⁊ repletione dicemus q̄ inanitio ⁊ repletio aliquo modo ſunt cauſe ⁊ aliquo modo ſunt morbi: poſſunt eni ꝯſiderari dupliciter ſ. aut a parte eius qḋ retineť ⁊ euacuať aut a parte concauitatis ⁊ receptaculi cōtinentis illud ſi enim ꝯſiderať a parte eius qḋ replet ⁊ inanit: qḋ ē humor aut ſpiritus quoꝝ neuter poteſt pati morbū vel eſſe morbꝰ tunc ſic ſunt cauſe per eoruꝫ preſentiam vel abſentiam cauſať mala diſpoſitio

diſpoſitio in mēbris ꝑncipaliter ledens operationez tūc ſunt cauſe morbi: ſi vo conſiderantur ex pte cōcauitatis ⁊ receptaculis inaniti vel repleti tūc repletio ⁊ inanitio poſſunt eſſe morbi. ℭ Sūt.n.quatuor genera morboꝝ in ꝯcauitate ſicut dicit ꝑnceps: aut.n.cōſtringiſ cōcauitas ſicut ventriculi cerebri apud epilepſiam: aut dilataſ ſicut teſticuloꝝ folliculus: aut opilatur ⁊ impletur ſicut vētriculi cerebri apud apoplexiā: aut euacuaſ ſicut euacuaſ ventriculus cordis a ſanguine ⁊ ſpiritu apud gaudium pernitioſuz. talis inanitio ⁊ repletio ſic ꝯſiderate cuz per ſe ſint ledentes operationē mēbri cuius eſt concauitas morbi ſunt. Ex hac ꝯſideratione inanitio ⁊ repletio nerui totiuſqꝫ lacerti lꝫ in eis non ſint concauitates preter ꝙ̃ inſenſibiles poſſunt eſſe morbi per ſe quidem cauſantes ſpaſmum ſeu morbum.

Dubitabit autē aliquis ex h̄ ꝙ dicit neruum ⁊ chordam habere plurimū ſenſuz videtur innuere ꝙ alia ſint mēbra minoris ſenſus: ſꝫ in neruus eſt organū ſenſus tactus: ſicut ē criſtallinus organū viſus: tūc ſicē nullo alio mēbro videmus niſi criſtallino: ita ⁊ nullo alio tāgimus niſi neruo ſenſibili: ſicut quoqꝫ nō attribuiſ videre albugineo niſi ſicut mediatori ⁊ iuuamē taliter deſeruiēti ad viſuz ita nō attribuiſ tangere carni aut alteri mēbro ſicut panniculo niſi ſicut mediatori ⁊ iuuamētaliter deſeruiēti ad tactuz quare videbitur nulli membruz eſſe minoris ſenſus tactus: cū nullus ſit cui tactus poſſit attribui ꝑter neruū. ℭ Niſi eſſet ꝙ hoc pōt ab eo dici nō reſpectu alterius debilius ſentientis: ſꝫ reſpectu ſui ipſius in ſe ſentientis ſenſibile tangibile nō ſicut imediate poſitū ſup ipm. ſed per mediā carnem vel aliud quodcūqꝫ membrū: q2 tūc debilius iprimitur a tangibili ꝙ̃ ſi ſine medio ipreſſionē ad ipſuz deferente tangaſ: quare plurime ſentire erit ꝑpter plurime imprimi: ⁊ penes hunc modū: q2 ſimul impreſſio medijs abſqꝫ diſtinctione tēporis accidit ꝑncipale ſenſiſſe: accidit medico quē apparentia ſola manuducit cogitare ꝙ talia media in tactu ſentiāt: qđ qdē ⁊ Galienuz cogitaſſe putamus: aut ſi oꝫ dicere ꝙ ſentiūt tūc neruus eorū reſpectu plurime ſentit ꝑpter habere virtutem magis vnitam.

Sed hic ſuperaccidit dubitatio maior ea ꝙ̃ dicta ē videſ ſi neruus eſt organū tactus vt capitulo de ſignis cerebri viſuz fuit: ꝙ neruus punctus ſentire nō poſſit: ſenſibile.n. poſitū ſuper ſenſiterium nō facit ſenſum ſicut dicit pħs in ſcđo de aīa: vt ſi aliquis ponat corpꝰ album ſuper pupillam nō videbitur: ſed manifeſtuz eſt ꝙ neruus ſentit illud qđ ſine medio deferente eū pungat: quare aut ſententia Ariſt. ꝙ ſenſibile poſitū ſuper ſenſiteriū nō facit ſenſum falſa erit: aut neruus nō erit organū tactus. ℭ Quāuis ꝙ̃ hec dubitatio ſit naturalis artificis potius ꝙ̃ medici: laborandū tñ eſt circa eam venire ad veritatem iuxta menſurā noſtre ſcientie. ℭ Dico ergo de organo tactus multaz eſſe altercationem inter peripateticos. dicit enim peripa. princeps Ariſt. philoſophoꝝ ſūmus ꝙ organū tactus non eſt caro concludens illud ex hoc ꝙ nullum ſenſibile poſitū ſup ſenſiterium facit ſenſum: ſed tangibile poſitū ſupra carnē ſentitur: ergo caro nō eſt ſenſiteriū tactus. ℭ Dicit etiā ꝙ fieri mox ſenſuz cū tangitur caro nullū ſignū eſt carnes eſſe organum tactus: cū hoc idē contingat ſi pelliculam aliquā extraneā circūducas carni nec tamē illa pellicula circūdata eſt organū tactus: quare dicit organuz tactus intus eſſe; nō tñ dicit ipm eſſe neruum: licet nos ex verbis ipſius in libro de partibus animaliuz cum de ſignis complexionis cerebri cōmentaremur coniicerimus neruū eſſe: carnē aūt dicit mediare in tactu; latere aūt nos ꝑꝑ cōnaturalē eſſe nobis: ⁊.n. cū in aqua tangimus latet ꝙ per mediā aquā tangimus quāuis ,nec aq cōnaturaliter nobis apteturꝫ tangimus.n.ꝑ carnē ſicut per mediuz: quēadmodum videmus ꝑ aerē ſicut ꝑ medium in hoc tñ differt vt dicit ꝙ in alijs ſenſibꝰ patiſ organum a medio: in hoc aūt nō a medio: ſed ſimul cū medio ſicut per clipeum percuſſi: nō.n. qui percuſſit clipeum prius percuſſit: ſed ſimul clipeum ⁊ clipeatū: vult ergo omnē ſenſuz fieri ꝑ mediū qđ Aueroys. huc locū perſcrutatus ꝓbat in hūc modū: iſti tres ſenſus. ſ. viſus auditus ⁊ odoratus de qbꝰ cōfeſſum eſt ꝑ mediū fieri: aut indigent medio q2 ſenſibile eſt ab eis remotū: aut q2 impoſſibile eſt ipſos recipe ſuum ſenſibile ſiue ſua ſenſibilia niſi ſint prius recepta in medio. Sed ipoſſibile eſt vt dicit ſenſus indigerē medio ꝑꝑ ſenſibilia eſſe remota a ſenſibus: q2 tunc ſenſibilia poſita ſup organa ſentirentꝫ qđ falſum eſt: ergo manifeſtū eſt ꝙ indigent medio ꝑꝑ ipſum ſentire tm̃. ſ. vt ſenſibile melius tranſferaſ ad ſenſum per mediū: ſed hoc accidēs nō pōt attribui vni eoꝝ eſſentialiter tm̃ cū ſit cōe eis tribꝰ: qđ aūt eſt cōe aliquibus nō eſt eis cōe niſi ꝑꝑ aliquā cōem nām ꝑncipatam ab eis: ſed nulla natura eſt eis cōis niſi hec ꝙ ſunt ſenſus ergo indigētia mediꝫ ad ſenſuz eſt eis in hoc ꝙ ſunt ſenſus ⁊ nō ſcđꝫ ꝙ quidaz ſenſus: ergo ois ſenſus indiget medio ꝑꝑ qđ dicit qđ organuz tactus eſt neruus. caro aūt medium. quare accidit ſuper euz dubitatio ſupradicta. ℭ Sꝫ hoc nō placuit multis peripateticis: videtur eīn aliqbus tale organū eſſe caro tm̃: dicūt eīn ꝙ recipiens debet eſſe priuatū nā recepti: eſſe tñ tale potētia quale illud eſt in actu: ꝑꝑ qđ ⁊ mediū ⁊ organuz opꝫ eſſe priuatū qualitate quā recipit vt pꝫ in viſu: nō.n. ſolum aerem oꝫ eſſe incoloratum ſed ⁊ criſtallinū: ⁊ in auditu ſimiliter nō ſoluz aerē exteriorē abſonū eſſe: ſꝫ ⁊ eū qui eſt in aure collocatus. ⁊ totā auris ꝯcauitatē ⁊ neruum expanſum in illa: cū ergo organū tactus ſit ſuſceptiuuz primaꝝ qualitatū. ca. f. ſic. ⁊ hu. oꝫ de neceſſitate eſſe priuatū illis ſed priuaſ aliquid talibꝰ qualitatibus duobus modis vt dicunt: nam aut priuaſ abſolute aut ab excellentijs eaꝝ: ſꝫ ꝑmo modo nulli mēbroꝝ corporis pōt illis ꝑuari cuz corpus aīalis cōſtet ex cali. fri. ſic. ⁊ humi. Scđo aūt modo poſſibilis eſt ꝑꝑ reductionez ipſarum ad mediū. cū ergo nulli mēbroꝝ corporis conſecutum ſit medietatē in cōplexione quā cōſecuta eſt caro: dignius oībus ipſa erit organuz tactus. nos enim nō ſentimus equaliter calida ⁊ frigi. vt eſt noſtra caro: ſꝫ excellentiora quaſi medie exiſtente diſcretiuo extremoꝝ: q2 facile conuertibile eſt ad vtrūqꝫ oꝫ eni iudicio declinatio equalis exiſtere ad vnūquodqꝫ extremitatuz. ideo vt egreſſuz a mediocritate percipiat. ℭ Alij aūt dicunt ꝙ nō caro ſimpliciter. ſꝫ caro neruoſa eſt organū tactus hoc enim vt aſſerunt ex mixtione ſicci ⁊ frigidi vt nerui: ⁊ humidi ⁊ calidi: vt carnis magis accidet ad temperamentū: qđ ocm̄ eſt ꝑꝑ qđ maxime diſcretiuū extremoruz. ℭ Adhuc aūt ſicut neruꝰ motiuus admixtus carni eſt organū motus: ita ſenſibiſ admixtus carni oꝫ eſſe organum tactus: qui cū motu cōmunis exiſtit. ℭ Adhuc aūt fantaſia que eſt ſuprema pars anime ſenſitiue iudicans de ſenſibili: ⁊ appetitus qui eſt mouens in animali ſunt vna eadē virtus ſubiecto idē habentes organum: ſicut ſupra dictum eſt; lꝫ rōne ſint due: quare opꝫ tactū ⁊ motū ab illis deriuatos ⁊ illis correſpōdētes ſimiliter vnū idē organū habere poſſe: ſicē ergo motus ſit per muſculū: ſic tactus ſit per illū: cuius ēt ſignū eſt ꝙ ꝑ eundē neruū ꝯtingit vtrāqꝫ virtutē influere muſculo: ſicut Gal. dicit. ℭ Pꝛīceps aūt ſuo lib. de aīa dicit ꝙ caro neruoſa aut caro ⁊ neruus eſt organū tactus: deinde ſubiūgit ibidē ꝙ nō oꝫ putari ꝙ ſentiēs ſit neruus tñ

ſed ꝙ neruus reddit ſenſum tactus alũ mẽbro qḋ eſt caro: ſi eniꝫ eſſet ſentiens neruus tm̃: oporteret expanſuꝫ eſſe ipſum in tota corporis ſupꝑficie ſicut eſt caro: ſꝫ hoc neq̄ꝫ eſt neceſſariuꝫ ſi caro mediat in tactu: addit ẽt ꝙ neruus concauus reddit viſuꝫ tm̃ ⁊ nõ recipit: recipiẽs enim tm̃ eſt criſtallinus: neruus autẽ tactiuus reddit ⁊ recipit ſimul. ℭ Oẽs ergo hac via incedẽtes negauerũt qḋ Ariſt. dixit. ſ. ꝙ ſenſibile poſitũ ſup̄ ſenſiteriũ nõ ſentitur: ꝓp qḋ nõ opinantur nõ eẽ mediũ in tactu neceſſariũ: cum enim ſenſus ſit receptiuus forme ſine materia vt cera forme ſigilli ſine ferro: poſſit aũt cera imprimi a ſigillo ſine medio nõ erit ipoſſibile tactu ſentire ſibi impreſſa ſine medio. ℭ Adhuc autẽ nec viſuꝫ auditum ⁊ odoratum dixerunt idigere medio extrinſeco. ſ. aere vel aqua niſi ꝓp eſſe natura remotũ ab eis ſenſibile: qḋ agit in ipſa per mediũ: nõ qꝛ nõ ageret ſine medio: ſꝫ qꝛ accidit mediũ ibi eſſe. ℭ Signum cuius videẗ ꝙ veſtigiuꝫ in cornea ⁊ in albugineo vel vapor aliquis ītercluſus illic vt appꝫ in paratis ad catharactã formaẗ in criſtallino ⁊ videtur ſine medio extrinſeco aere vel aqua: ſꝫ non ſine aliquo medio diaſono quo diaſono nõ indigeẗ niſi vt color rei viſe ſit in actu per lucem. ℭ Signũ ẽt hui⁹ vr̃ ꝙ in habentibus auris tinnitum auditur ſonus per aliquem vaporem motũ in aure ⁊ cõtingentẽ in neruũ expanſuꝫ nullo exiſtente medio extriſeco de neceſſitate. ℭ Similiter ⁊ in odoratu apud eos quibus ſemper eſt fetor in naribus ex re putrida que illic eſt: quare nõ videtur ſenſus medio indigere de neceſſitate.

ℭ Albertus aũt concedẽs ꝙ ſenſibile poſitũ ſup̄ ſenſiterium nõ ſentiẗ: opinãs quoq̄ꝫ neruũ eſſe organũ tactus: dixit ꝙ nõ eſt vbiq̄ꝫ corporis organũ: ſꝫ apud ortum ſui a cerebro tm̃: ⁊ ibi ſi imediate tangaẗ non ſentit ſicut nec cerebrũ ipſum: cõmixtus aũt carni mediat in tactu ſicut ⁊ caro: nec tm̃ oĩs caro mediat in tactu: qꝛ non caro epatis vel pulmonis ⁊ hmõi ſꝫ ea ſolũ q̃ cõmixta eſt neruis: imo ⁊ deus ipſe mediat in tactu ꝓp genitum eſſe et mã vnigenea carnis mãt. ℭ Adhuc aũt ⁊ pãniculus vĩdeẗ mediare i tactu ſil̃r dicit. ℭ Sꝫ h̄ qḋ dic̃ neruũ apud ortũ ſui a cerebro nõ ſentire ꝓculdubio falſum experimur eſſe: qꝛ nerui ſenſibiles vbiq̄ꝫ ſentiunt ſi purganẗ: imo pãniculi velantes cerebꝛuꝫ ibi ſentire vr̃ aut verius in ſenſu mediare. ℭ Palã ẽt eſt ꝙ neruus ſenſibilis nõ cõmiſceẗ carni ſicut cõtextus in illa niſi poſt elongationẽ quãdã a cerebro: ſi ergo mediat in tactu ſolũ qn̄ eſt ei cõmixt⁹: tũc erit organũ ei⁹ in tota ꝑte ſupiori q̃ nõduꝫ eſt cõmixta: ſꝫ nos in oib⁹ illis locis īuenim⁹ eũ ſentire ſi imediate tãgaẗ: ḡ ſi veꝝ ẽ ꝙ ſenſibile poſitũ ſup̄ organũ ſenſus nõ ſentiẗ: neru⁹ n̄ erit i loco vbi dic̃ organũ tact⁹. ℭ Themiſti⁹ aũt in parafraſi de aĩa dic̃ organũ tact⁹ eẽ apud cor: ſequẽs in illo Ariſt. i lib. de ptib⁹ aĩaliũ dicentẽ tactũ ⁊ guſtũ eſſe tẽdẽtes ad cor: ſꝫ ſi hoc ẽ ita: tũc reducemus aduerſus eos argumẽtũ ipſoꝝ ꝙ ſenſibile poſitũ ſup̄ ſenſiteriũ nõ ſentiẗ: ſꝫ tãgibile ſup̄ quãcũq̄ꝫ partẽ cordis poſituꝫ ſentiẗ. ergo cor nõ eſt ſenſiterium tactus. ℭ Adhuc aũt quõ mediabit caro muſculoꝝ nõ exiſtẽs cordi continua nec attingẽs ad ipſum ſm̃ vllam viã.

ℭ Nobis autẽ inter tot diuerſitates oino vr̃ ꝙ ſenſus nõ idigent medio de neceſſitate: neq̄ꝫ eſſentialr̃: ſꝫ ꝑ accidẽs tm̃: videmus. n. odorabile quãto amplius narib⁹ applicaẗ: tãto ampli⁹ ſentiri: ⁊ ſonabile ẽt quãto amplius fuerit auri ꝓpinquius: tãto ampli⁹ audiri. Et breuiter opinor ꝙ ſi poſſibile eẽt ponere odorabile in vel cerebro ſup̄ ſenſiteriũ olfatus: ꝙ ſentireẗ: palã. n. videm⁹ ꝙ aliquo forte odorabile exiſtẽs i aliquo vaſe ⁊ tãgens vas abſq̄ꝫ oi medio afficit ipſꝫ odore ſuo: vt olfacere poſſim⁹ a vaſe ſimilẽ odorẽ: afficit aũt odorabile ipſuꝫ vas cõtinens iſto modo multo magis q̄ꝫ ſi ꝑ mediũ aerẽ imutaret: ſimiliter ergo ⁊ imutaret organuꝫ olfatus: ſi aũt viſus ⁊ auditus videanẗ medio indigere: h̄ eſt ꝑ accidens nam ſi coloratũ poneẗ ſup̄ criſtallinũ nõ erit fortaſſis in eo actu color. quare nõ mouebit ipſꝫ niſi ſicut poſituꝫ in obſcuro: idiget ergo viſus ad h̄ qḋ moueaẗ ꝙ ſit color in actu. ℭ Adhuc aũt idigemus lumie ⁊ luminis receptiuo vt aere vel aq̄ ⁊ ſimilib⁹. ℭ Adhuc aũt ſi coloratuꝫ ꝯtingeret criſtallinũ lumie nõ abſente formareẗ in ipſo ꝓculdubio. nos. n. videmus rem formari in ſpeculo ẽt duꝫ parũ perattingit ab aliqua ſui ꝑte ſpeculũ: paros aũt tangens nõ formaẗ in ipſo qꝛ obſcuraẗ color eius a cõtactu. ℭ Silr̃ ⁊ ſonabile ſi ſup̄ intrinſecuꝫ auris apponatur non auditur ob aliud niſi qꝛ nõ ſonat: ſonus enĩ ſequiẗ motum reſilientis de facili a percuſſis corꝑib⁹ ⁊ vndationẽ quãdã habentis quale eſt aer. ſic ergo videẗ ꝙ hi ſenſus ꝑ accidens indigeant medio.

ℭ De tactus aũt organo ꝯſentio ꝙ eſt muſculus ſicut organũ motus: ⁊ ꝙ principalis in eo particula iquantũ eſt organũ tactus eſt neruus ſenſibilis: ⁊ hic qdẽ ẽ mollis ⁊ carni vicinus in nã ⁊ temperamẽto: iquantũ vero eſt organũ motus eſt neru⁹ motiu⁹: ſicut i oculo ꝑncipalis pars eſt humor criſtallinus: ⁊ ꝙ neru⁹ ille ſenſibiẗ ſentit ꝑ mediã carnẽ ⁊ pãniculuꝫ: ſicut criſtallinus videt ꝑ mediũ albugineũ ⁊ alias tunicas: ⁊ ꝙ nihil min⁹ ſentit ſi imediate pungaẗ: hoc. n. mediũ nõ fuit ei appoſituꝫ a nã ꝓp ipſm ſentire ſed ꝓp melius ⁊ perfectius ſentire: ⁊ organũ ipſꝫ min⁹ expoñi nocumẽtis: ſicut ⁊ hoc ipſꝫ nã fecit apud criſtallinũ. ℭ Propter qḋ nõ ſufficiẽter dixiſſe Auerroys cũ dixit ꝙ ſenſus aut indigẽt medio: qꝛ ſenſibile eſt ab eis remotũ: aut qꝛ ipſos eſt impoſſibile recipe ſua ſenſibilia niſi ſint ꝑuis in medio eo ꝙ ꝓp nullũ hoꝝ indiget medio: ſꝫ indigeẗ medio extrinſeco ꝓp ſenſibile opoꝛtere habere eſſe actuale: qḋ qdẽ ꝑ illud acq̄rit vt in viſu ⁊ auditu medio aũt intrinſeco ꝓp apte ſentire: ⁊ ꝓp organũ ipſum minus exponi nocumentis. qḋ qdem nã feciſſe videẗ apud oẽs ſenſus ⁊ ad hoc idem eſt ẽt vtile mediũ extrinſecum: ſi. n. fieret ſenſus ſine medio: tunc eſſe nimis fortis alteratio organi ab obiecto: ⁊ fieret perſeuerans ⁊ materialis ⁊ nõ ſpiritualis tm̃: ⁊ quãuis ſenſus ſit ſuſceptiuus forme ſine mã: nihilominus tamen ⁊ percipit mãles alterationes factas in organo aliquis ſenſus ſicut tactus percipi tales alterationes a ꝑmis q̄litatibus que nõ ſolũ formalr̃ ſed materialiter alterant ſuum paſſiuũ: ſed tales alterationes corrumpentes dicuntur. ℭ Et ex hoc videtur ꝙ medium ſit conferens ad magis fieri formales alterationes ab obiectis: que citius delitefcunt ab organis ⁊ minus fieri corruptiuas armoniarum in organis.

ℭ Dis ergo ad plenitudinẽ diſpoſitiõis digreſſiue idũctis dicemus ꝙ punctura nerui ⁊ chorde ꝑiculoſa eſt timore accidẽtis comitantis: qḋ qdẽ eſt dolor ab eo ſpaſmus: ſpaſmus aũt iõ ꝑiculoſus: qꝛ prohibet pectoris dilatationẽ ſine qua nõ eſt vita: ⁊ ẽt qꝛ ipſa ꝯtractio neruorũ ſicut dolorẽ cõitaẗ ſic ⁊ dolorẽ facit: dolor aũt virtutis deiectiuus eſt: ꝓp ferri ſpiritũ totũ ad locũ doloris: ⁊ accidere in eo ſpirit⁹ reſolutionẽ multã. ꝓp qḋ ſcire opꝫ ꝙ ſicut dicit Gal. duodecima particula de ingenio ſanitatis. ꝙ quãuis nullum ſignorum curationis ab accidẽte ſumatur inquantum eſt accidens: ſed a morbo tm̃: tm̃ aliquãdo accidẽtia faciunt mutare curationẽ: nõ tm̃ inquãtum ſunt accidentia: ſed inquãtuꝫ ſunt cãe aut deiectionis virtutis vt dolor in colica: aut augmenti morbi: vt cõſtrictio vẽtris in fe. aut vtriuſq̄ꝫ vt vigilie in cauſone. ſi ergo accñtia nõ noceant ꝟtuti nec morbo ad mãm morbi ſolius intẽdẽdũ erit: ⁊ nullo mõ ab eis diuertẽdũ cũ curatiõe morbi delitefcãt accñtia: ꝙ ſi aliq̄ medicina curet accñs ſil̃ ⁊ morbũ n̄ dꝫ dici medicã accñtꝫ: ſꝫ morbi ſicut

bet: ſiċ medicina que eſt ſtiſdās ⁊ humectās ſe. ē ēt auſe ſe: ēs ſitr: nō tñ dr medicīa ſitis ſ3 ſe. ſicut nec ſlobothomia nec pharmacia eſt curās ī pleureſi accidēs ſed morbū: l3 ēt accidēs ceſſet per illā equare ſciēdū eſt q aliqñ morbus ⁊ accidens conueniunt in cura: vt in predictis māifeſtuz eſt: aliqñ aūt nō. vt cura collice nō eſt eadem cū cura ſolutis doloris in ea: aut cura febris cuz cura ſolutiōis vētris in ea. ¶ Dicemus ḡ q ſi accidēs noceat morbo aut v̄tuti ſi nocumētū magnū fuerit ⁊ eius cura nō cōueniat cuz cura morbi cogit nos curā morbi d̄relinquere ⁊ accidētis refrenationē intendere: dico aūt refrenationē: q2 vt plurimū nec vere nec pfecte remouetur niſi p curā eius morbi quē comitat. pp quod cū puncturā nerui ſequat īmēſus dolor huic aūt tumor ⁊ apa ⁊ periculoſus ſpaſmus nocētis v̄tuti ⁊ vite oportet curā ſolutionis cōtinuitatis nerui dimittere ⁊ dolorē p̄us mitigare. ſicut in febre quando ē cuz ſtōi defectiōe cibamus patientē in p̄n°. paroxiſmi timētes ſincopī: q̄uis cibatio illa hora noceat fe. ⁊ in ſincopi fe. acute. damus vinū purū q̄uis febri nociuū ſit. dolorez ergo p̄mus mitigamus vt apa prohibeas ⁊ ſpaſmū. omnis enīz dolor excuit reuma: ſed aqua calida que quidē ē doloris mitigatiua cauenda eſt in vulneribus nerui q2 ſuba nerui creata eſt ex hūida materia p frigiditatez congulata. q̄re ex calidis ⁊ hūidis diſſoluit ⁊ putrefit ſ3 oleo calo ſubtiliatiuo ⁊ veteri ſomētet: ⁊ pānis calis in eo infuſis vaporet: vetus. n. magis diſſoluit ⁊ apit: ſed minus dolorem mitigat q̄ recens: mitigato aūt dolore totū corpus purgabis flobothomia vel farmacia ſicut videbis idigere vt hūores a loco retrahas ⁊ a cōpatientibus neruis. ¶ Precuſo aūt q apa nō accidat neq3 ſpaſmus redeūdū3 ad curā pūcture: ō q̄ gal. ſubiūxit. (hēc ḡ ⁊c̄.) i. igitur hāc puncturā nerui ⁊ chorde: ſi ſanare velimus op3 apire vt cutis excecatā hūs pforationē poſſit reſpirare p amplā emiſſionē eruginoſe deſudationis in pūctura generāde. hec. n. ſordities ſi retineat pnocat magis dolorē ⁊ apa ⁊ per hoc ſpaſmum. fiet autem apertio pūcture p dilatationē vulneris cū ferro: aut ſi cū hoc nō tolerer ſaltē bonū eſt pūcturam ſicut puncturā dimitti: ſtudiūq3 induci ne quēlibet ſolidetur: aut claudat: ſic̄ gal. dicit. ſicut per iniectionē olei aut alicuius alterius phibētis cōſolidationē donec poſſit neruus pūctus curari. ¶ Deide dixit. (⁊ exiccare ⁊c̄.) i. ⁊ poſt aptionē op3 ipm exiccare aliq̄ medicia ſubtilis ſube: cui° pperas ſit diſiccare. ⁊ h̄ volebat cum dic̄ ſuba leptomeri: h̄ āt id nē ex groſſitie phibeat ī ſuba nerui d̄ſiccāda ſubītrare ſiqdē aptio ſcā fuerit: ſi v̄o nō fuerit vt ne cecitas pforationis poſſit ōtiere trāſitū ei° i pfundū3 corpis vbi nā neruus locauit. ¶ Eſt aūt h̄ attētiōe dignū q exiccatio ꝯpetēs pūcture nerui vel chorde cōis eſt cū exiccatiōe ōis vulneris i q̄cūq3 mēbro. lā. n. diximus ōez ſolutionē ꝯtinuitatis inquātū hui° exiccatiuis idigere: ſ3 quātitas exiccatiōis vulneris diuerſificat ſm complexionē mēbri ſi enīz mēbrū fuerit ſiccuz in nā ſua indiget in ſolōne ſue continuitatis amplius exiccatiuis q̄ ſi fuerit humidu3 in nā: eo q ſubſtātia ptis ſi d3 conſeruari ſana ſilibus: ⁊ paulo ſiccioribus propter vulnus. quāto membrū vulneratū fuerit ſiccius ſiccioribus idiget: pp qd̄ amplius ſiccatiuis idiget neru° vulnerat° q̄ caro: ⁊ aut ī q̄ oculus. ¶ Deide hoc ſic̄ ī caplo ⁊ ꝯſone tractata dimittēs latius ſcire volētē remittit ad librū de igenio ſanitat. ⁊ dicit. (docui eſt āt ⁊c̄.) i. ſ3 de hac cura pūcture ⁊ alioꝝ vulnerū i neruis lati° dictū eſt in lib. terapentice methodi.

